ANATOME

TESTUDINIS

EUROPAEAE.

INDAGAVIT, DEPINXIT, COMMENTATUS EST

LUDOVICUS HENRICUS BOJANUS,

Medic. et Chirurg. Doctor,
in Universitate Caesarea Vilnensi
Veterinar. medicin. et Anatom. compar. Professor publ.
August. Imperat. Ross. a Collegior. consiliis,
Ordin. S. Annae 2. class. et S. Wladimir 4. class. Eques,
Acad. caesar. scient. Acad. medico-chirurg. Petrop.
Soc. Natur. scrutat. Mosqu. Medicor. Paris. Londin. Viln. al.
adscriptus.

VILNAE.

IMPENSIS AUCTORIS.

TYPIS *JOSEPHI ZAWADZKI*, TYPOGRAPHI UNIVERSITATIS.

1819.

Licet, excudatur, ea conditione, ut excusi operis septem exemplaria, legibus praescripta, apud censorum Collegium deponantur. Vilnae, die 17. Aprilis 1819.

Joannes Andreas Lobenwein, Facult. Med. Decanus.

Lectori salutem!

In *ovis domesticae* anatome, plures retro annos, multum studii atque laboris collocanti mihi, cum delineatis iconibus jam ad sexcentesimam, et quod excurrit, paginam accedens, opus elaborandum centum tabulas facile superaturum intelligerem; subiit demum animadversio, tantae molitioni absolvendae tenues privati hominis res impares futuras.

Igitur propositum, quod tamdiu in sinu foveram, vel plane abjiciendum, atque adeo a me ipso desciscendum, vel, quid in compendio rerum demonstrandarum forte reperiundo et in bonarum artium fautoribus, ad institutum nostrum perficiendum, spei reliquum esset, explorandum videbatur.

Arrisit periculo tali faciendo atque ex usu ediscendis illis, quae labanti nostro incoepto succurrere possent, minoris apparatus argumentum. Scilicet existimabam, tempestivum, in ancipiti re, consilium in arena esse capiendum.

Et quoniam dudum perspexeram quanti ponderis zootomici esset Amphibiorum universa structura, ex hoc animalium genere, *Testudinem europaeam* nostris disquisitionibus, prae ceteris, eligendam putavi; utpote parabilem, pro re nata, ea copia, quae abstrusioris indaginis partium iteratam explorationem admitteret.

Neque enim eos imitandos censui, qui rarissima quaelibet, vel, incuriosi suorum, sola peregrina exquirentes, omnem suam, quantumvis mirabilem, solertiam in hisce describendis terunt, atque, dum speciosa et novitatis plena docent, sed quae suspensa tantum manu attigisse licet, fugaci magis gloriolae, quam doctrinae firmamento prospiciunt.

*

Proximum ineundi laboris erat, ut e variae aetatis auctoribus, *Coiter, Perrault, Caldesi, Gottwald, Duverney, Plumier, Hewson, Schneider, Wiedemann, Scarpa, Cuvier, Meckel, Ulrich* aliisque, quorum nomina in testudinum fabrica illustranda inclaruere, duces circumspicerem.

Quos vero omnes cel. viros, suo quoslibet loco laudandos, vario et a nostro consilio haud parum deflectente tramite incedentes vidi.

Quare, ne in diversa plane traherer, aliorum vestigia minus, quam ipsam naturam sequi, atque omne opus solis observationibus nostris, iisque repetita intentaque investigatione confirmatis, superstruere constitui.

Neque tamen genio nimium quidquam indulsisse et ab omni magistro, qui in hisce tenebris facem praeferret atque certiore manu duceret errantem, plane abhorruisse, velim videri.

Quorum potius institutorum, in tabulis anatomicis perficiendis ex omni reliquorum agmine unice eminentium, tres, quatuorve habui; immo ultro expetivi. Summum nempe *Eustachium*, qui viam quondam aperuit; *Bern. S. Albinum*, anatomicorum illud sidus, quo, quid in graviore argumento anatomico, digno penitus atque decoro modo absolvendo, humanae vires assequi valeant, stupendo et penitus incomparabili de sceleto et musculis humani corporis opere, demonstratum habemus; *Petrum Camper* deinde, virum benigna foecundi ac elegantis ingenii vena plenum et prouti in anatomicis versatissimum, ita in arte pictoria mirum quiddam exercitatum; *Samuelem Th. Soemmering* demum, in arduis atque absconditis inde a fonte perscrutandis indefessum, studiosum magnorum documentorum et justum aestimatorem, novum tamen ubicunque et, in perficiendis summis, ingeniosissimum atque dexterrimum.

Quos igitur artis magistros tanto amore amplexus, adeoque pio studio sum prosecutus, ut quidquid a me, praeter eorum auctoritatem, factum esset, id neglectum fuisse arbitrarer.

Quodsi effecero tandem, ut in opere nostro tantorum praeceptorum ingenium aliquantulum spirare atque passim ad eorum perfectionem, vel e longinquo me accessisse dicas; omne illud, quidquid absolutionis erit, praeclaris majorum exemplis deberi, lubenter concedam.

Habes jam, *Lector benevole*, universam instituti nostri rationem;

accipe nunc, qualis in opere tractando, tibique tradendo, modus tenendus videbatur.

Igitur, quae sectionibus, frequenter et vel maxime attento animo institutis, e testudinis europaeae fabrica mihi erant perspecta, ea mox ad naturam ipsemet delineavi vel depinxi. Eaque ad archetypos, sub oculis nostris aeri incisa sunt, vel, quae restant, incidentur; quantum fieri potest adcurate ac nitide, absque omni tamen peregrini splendoris apparatu.

In qua re perficienda, id curae potissimum habui, ut, superfluis quibuslibet procul habitis, compendio iconum studerem, ita tamen, ne aliquid ad congruum decorem, vel ad plenam rerum cognitionem necessarii, desideraretur.

Ideoque lineares passim figuras umbratis interposui; quae justo minutiora erant, ea proportione aucta exhibui et, ne siglorum mole obfuscarentur singula, repetitis iisdem figuris, quibus notarum pars adscribi poterat, effeci. Quodsi in hac re paullo largior justo tibi viderer, hoc ideo factum esse puta, ut in commentariis adjiciendis, sine obscuritate, minus verbosus esse possem.

Jam vero etiam, quantum licuit, indicandis partibus iisdem, eadem sigla ubique addixi atque sollicitus fui, ut figurae apte se exciperent et, per universum opus communi aliquo vinculo cohaerentes, mutuo sese illustrarent.

Qui rerum concentus, quo minus dividatur, aliorum auctorum icones nec exscripsi, neque, ut ingenue fatear, earum inveni, quae idoneae vel dignae visae essent, ut nobis admitterentur.

Cunctas igitur habebis nostras, omniumque corporis systematum; *tribus* tamen *fasciculis* distributas, quorum *primus* ossa cum potioribus ligamentis; *secundus* vero musculos, nervos et vasa; *tertius* demum viscera complectetur.

Qua, per fasciculos, divisione et publico commodo et operis correctioni atque elegantiae non parum consuluisse, illudque cum primis mihi videor impetrasse, ne tabularum, prelo submittendarum, copia simul affluens, operarios nimis praecipitaret, mihique, aliis negotiis publicis implicito, invigilandi occasionem praeriperet.

Ceterum, iconum editione absoluta, *Commentarius*, *in testudinis fabricam*, *perpetuus* operi finem imponet.

Interim tabulis sua explicatio, eaque paullo diffusior, adjicienda erat, singuli videlicet fasciculi ut protinus in usum verti atque, si fatis adversis filum abrumperetur, reliquorum auxilio quadantenus possent carere.

En tibi *primum missum!* cui, praeter ossium figuras, quaedam tabulae insuper e musculorum serie addendae videbantur; quippe quibus adjuvantibus sequentium tenorem aliqua conjectura praecipere posses.

Reliqua, *Deo* favente, singulorum annorum intervallis vulganda curabo. Interea vale, nobisque et nostris coeptis fave!

Dabam Vilnae kal. Mart. 1819.

EXPLICATIO TABULAE PRIMAE.

FIGURA 1.

Testudo europaea, mas, a latere; pedibus paullo attractis, cauda in latus flexa et sub testa, ut solet hoc extremitatum situ, latente.

Caput protrudi incipiens, quale exploraturum emittitur. Circa illud redundans, rugosa colli cutis, praeputii vaginae instar, retrahendo projiciendoque capiti ita circumposita, ut non nisi penitus demum evoluto atque porrecto capite, in aequum, laxius tamen, involucrum colli extendatur.

Testarum hiatus anterior, ad caput emittendum, diductus; anteriore sterni dimidio, quantum commode fieri potest, a testa dorsali dimoto. Ad quem testarum motum intelligendum cf. Tab. II. fig. 4. et 5., ubi ad suturae articularis locum, quae media intercedit sterni anterius dimidium inter et posterius, (sigl. 3 et 4.) ulterior hujus rei explicatio injicitur. Vide etiam Tab. VI. fig. 16. sub explic. fin.

Celerum margo sterni adparet subacutus, ejusque facies inferior leviter sinuata.

Cauda, qualis porrecta comparet, punctis indicata; ut ejus justa longitudo et cloacae ostium, ab extrema testa mari, quam feminae, paullo remotius, innotescant.

Pedum anteriorum digiti quinque, posteriorum quatuor. Palmata vero pedum conditio, hoc positu, minus evidens et ad nostrum propositum parum faciens. Ne tamen et hanc notam prorsus neglexisse videar, alio loco eam, in posterum, subjungam. Interim haec sufficient, ad speciem, quam nostris disquisitionibus elegimus, declarandam et ad solvendam forte dissentientem auctorum quaestionem, utrum lutaria, quae dicitur, testudo, a nostra europaea, diversa sit habenda. Quam litem meam facere, non hujus loci esse putavi.

FIGURA 2.

Testa ventralis, seu sternum, e testudine femina, a latere; scutellis corneis remotis, ut nudum habeas merum os.

Si maris sterno comparatur, grandius illud, crassius, margine obtusiore, facie inferiore paulo gibba.

L. Dimidium anterius, seu pars pectoralis sterni.

M. Dimidium posterius, seu sterni pars abdominalis.

1. 2. 7. Cardo masculus, excipiendus cardine femina testae dorsalis; vide figg. 3. et 3^a litt. ε ζ Tab. II.

1. Processus anterior cardinis masculi.

2. Processus posterior. Uterque exasperatus, *ligamenti cardinis* insertioni aptatus; cujus structurae memorabilis brevis descriptio ad fig. 19. Tab. VIII. adjecta est.

7. Incisura lateralis cardinis; motui utriusque dimidii sterni favens. cf. fig. 1. et Tab. VI. fig. 16.

8. Jugum a media parte pectorali sterni eminens cf. fig. 5. Tab. II. not. 8.

11. 11.... Sulci, ossibus impressi, sive scutellorum corneorum coëuntium vestigia.

12. 12.... Suturae, quibus nectuntur singula sterni ossa.

FIGURA 3.

Testa dorsalis, a prona parte; sinistro latere scutella cornea in situ gerens; dextro margine scutellis orba.

Singularum, hujus figurae, partium explicationem vide mox Tab. II. figg. 3a et 3b.

EXPLICATIO TABULAE SECUNDAE.

FIGURA 3a.

TESTA *dorsalis a ventre.*

9.—18. Corpora decem vertebrarum dorsi.

II.—VI. X. Laminae mediae dorsales, processuum spinosorum loco. Prima, septima, octava et nona siglis commode indicari non poterant; ceterum omni suo ambitu a dorso comparent Tab. III. fig. 6. ubi etiam denarius earum numerus eminet.

XI.—XXXIV. Ossa marginalia testae viginti quatuor. Quae sinistrum latus occupant, scutellis corneis, marginalibus plurimum tecta.

XXXV.—XLIV. Decem costae dextri lateris.

XXXV. Costa prima, spuria, secundae innititur, suturae ope; nec extrorsum, ad testae dorsum comparet.

XLIV. Costa dextri lateris decima; itidem spuria et a nona pendens, nec in testae dorso conspicua.

XXXVI.—XLIII. Costa dextri lateris secunda nonae tenus, altera alteri compaginata. Omnes ad testae dorsum apparentes. (cf. fig. 6. Tab. III.)

XLV.—LIV. Decem costae lateris sinistri.

XLV. Prima,

LIV. Ultima; utraque spuria.

XLVI.—LIII. Secunda, ad nonam, verae; ut in dextro latere.

a. Fovea articularis primae vertebrae dorsi impressa, ad excipiendum caput ultimae vertebrae colli.

e. e. Processus obliqui anteriores primae vertebrae dorsi.

m. n. Canalis medullaris, a prima usque ad ultimam vertebram dorsi perforatus.

α. α. α. Suturae, singula inter testae ossa.

β. β. β. Scutellorum corneorum, a testa remotorum, vestigia testae impressa, suturarum locis non respondentia.

γ. Tuberculum articulare, mediam nonam occupans costam; articulo, cum pelvi, aptatum.

δ. Foveola articularis, retro tuberculum, eidem usui dicata.

ε. ζ. Cardo femina; lunatus, leviter cavatus; exasperatus tamen, ut cardinis ligamentum firmiter retineat.

η. η. η. Costarum processus ad vertebrarum corpora vergentes, capitulis comparandi; passim distantes, hiatu ligamentis explendo.

μ. ν. Impressiones musculorum profundiores, ad secundam nonamque costam. Quorum musculorum areas vide fig. 3b.

π. π'. Sulcus intercostalis, ante suturam inter binas costas. Vasa et nervos ducens.

FIGURA 3^{b}.

Musculorum et ligamentorum insertiones in testa dorsali.

*** Ubi *ligamentum nuchae* figitur primis ossibus testae marginalibus. (cf. Tab. VI. fig. 17. ubi ligamentum nuchae siglis $\beta.\beta.$ indicatur.)

♀ *Ligamenti superioris claviculae* sedes, in prima et secunda costa. Ipsum ligamentum in situ suo vide Tab. VI. fig. 17. γ.

†† *Ligamenti pelvis*, ad testam dorsalem defixi, locus.

a. a. b. b. *Diaphragmatis* (Musc. 42.) insertio, ad tertiam costam et ad corpora vertebrarum dorsi tertiae et quartae.

c. c. c. c. c. Ubi inseritur musculus *longissimus dorsi* (Musc. 39.) ad capitula costarum 3. 4. 5. 6. et 7.

d. d. d. d. d. *Retrahentis capitis et colli* (Musc. 27.) insertiones, ad latera corporum vertebrarum dorsi 5. 6. 7. 8. et 9.

e. Ubi *flexor caudae lumbalis* (Musc. 50.) inseritur; a sextae vertebrae dorsi corpore ad nonam usque.

Cum omnes aliorum musculorum insertiones in sinistro testae latere indicentur, haec unica e dextro latere adjecta est; quominus cum finitima musculi protrahentis penis linea, f. confluat. Quam ipsam porro, ne retrahentis musculi capitis limites attingeret, a lineis d. d. aliquantulum remotiorem justo inscripsi.

f. *Protrahentis penis*, vel *clitoridis* (Musc. 55.) insertio, ad latus corporis vertebrae dorsi septimae, octavae et nonae.

g. Ubi figitur musculus *glutaeus alter* (Musc. 94.) corpori nonae et decimae vertebrae dorsi.

h. Ubi corpori nonae decimaeque vertebrae dorsi et costae decimae adhaeret *Psoas*. (Musc. 92.)

i. *Glutaei* (Musc. 93.) insertio, ad costam nonam et decimam.

k. k. *Spinalis cervicis* (Musc. 33.) insertio, ad laminas dorsales priorum vertebrarum dorsi.

l. *Splenii* capitis (Musc. 23.) insertio.

m. n. Ubi *longus colli* (Musc. 28.) figitur corpori primae vertebrae dorsi et primae ad tertiam usque costam.

o. Ubi pars musculi *latissimi colli* (Musc. 21.) adhaeret primae costae. (Aliam insertionem vide in sterni anteriore parte fig. 5. o.)

p. *Latissimi dorsi* (Musc. 58.) insertio ad primam costam.

q. *Subclavii* (Musc. 59.) adhaesio ad primam costam.

r. r. Ubi *Serratus magnus* (Musc. 57.) figitur, juxta cardinem. (Continuatam insertionem vide in sterno fig. 5. r. r.)

s. s. Insertio *transversi abdominis*; (Musc. 41.) a quinta ad octavam costam.

t. t. Adhaesio *obliqui abdominis* (Musc. 40.) ad partes marginales testae.

u. Area musculi *pelvim adducentis* (Musc. 45.) ad costam septimam, octavam, nonam.

v. Area musculi *pelvim abducentis* (Musc. 46.) ad octavam et nonam costam.

w. x. Insertionis locus *Extensoris caudae* (Musc. 47.) ad nonam costam et laminam dorsalem mediam testae decimam.

FIGURA 4.

Sternum, scutellis denudatum ab inferiore; testae dorsalis ambitu punctis notato, ut mutua utriusque testae ratio, atque sternum testae dorsalis ambitum anteriore extremo excedere, posteriore vero citra eum subsidere, compareat.

L. LV.—LIX. Pars pectoralis sterni; quinque ossibus conflata, quorum medium, LV. instar cunei reliqua inter excipitur.

Scutella extrinsecus apposita gerebat sex, quorum vestigia impressa.

M. LX.—LXIII. Pars abdominalis sterni. Quatuor ossa habet. Scutella sex, nunc demta.

1. 2. Cardinis masculi processus anterior et posterior.

3. 4. Sutura transversa, mobilis, articularis; inter utrumque sterni dimidium intercedens. Unicum, quod sciam, suturae per vitam mobilis atque articuli vices agentis, exemplum.

5. 6. Sulcus transversus ante articularem suturam; scutellorum margines excipiens atque, ipso hiatu suo, motui favens.

7. Incisura lateralis cardinis.

11. 11.... Scutellorum impressiones; diverso fere ubique a suturis loco. 11'—11ˣ. 11'—11ˣ. Ubi suturae sulcis scutellorum confluunt. 11ˣ—11ˣ. Sulcus ossi centrali, partis pectoralis, sterni impressus; ad sola scutella excipienda pertinens, nec suturam habens.

12. 12.... Suturae inter singula sterni ossa; non nisi media sterni linea longitudinali (11'—11ˣ) ad sulcum scutellorum convenientes. Media nempe, quae in longitudinem totius sterni impressa est linea, leviter anfractuosa, coëuntia excipit scutella. Suturam pariter habet omni decursu, interceptam solo centrali osse partis pectoralis, LV.

Quae suturarum ratio melius explicatur fig. 5. et evidens prorsus redditur adjuvante fig. 11. Tab. IV.

FIGURA 5.

Sternum superne; insertiones musculorum et ligamentorum inscriptas habens.

L. LV.— LIX. Pars sterni pectoralis.

M. LX—LXIII. Pars abdominalis sterni.

1. 2. Cardinis masculi processus anterior et posterior.

3. 4. Articularis sutura transversa, inter utrumque sterni dimidium.

7. Cardinis incisura media.

8. Jugum, ab osse centrali partis pectoralis exstans.

9. Fovea, *ligamentum claviculae inferius* excipiens. (†)

10. Fovea, ad *pelvis ligamentum inferius* excipiendum. (♁)

11. Scutellorum, ad marginem accedentium, sulci, suturis non respondentes.

12. Suturarum vestigia.

14. 14. Musculorum impressiones, antrorsum et retrorsum.

*** Ubi *ligamentum nuchae* inseritur (cf. fig. 5ᵇ *** et ipsum ligament. Tab. VI. fig. 17. $\beta\beta$)

†. Area insertionis *ligamenti claviculae inferioris*, ubi etiam fovea, 9. (Ligamentum hoc, in situ, habet fig. 17. δ. Tab. VI.)

δ. Ubi *pericardium* figitur ad mediam partis abdominalis sterni regionem, qua coëunt ossa LX et LXI.

♁♁. Ubi *ligamentum pelvis inferius laxum* figitur. (cf. Tab. XIV. fig. 62. §§ ipsum ligament.)

o. o. o. Area insertionis musculi *latissimi colli*; (Musc. 21.) in media et anteriore partis pectoralis regione. (Ejusdem musculi, ad testam dorsalem inserti, locum vide supra, fig. 5ᵇ.

r. r. Continuata, e dorsali testa, insertio musculi *serrati magni*, (Musc. 57.) ad cardinis interiora.

s. s. s.—s. s. *Transversi abdominis* (Musc. 41.) insertiones; ad mediam partis abdominalis sterni regionem et ad internum cardinis latus. (Insertiones in testa dorsali vide fig. 5ᵇ. s. s.)

t. t. Ubi *obliquus abdominis* inseritur; (Musc. 40) juxta marginem partis abdominalis, ad angulum cardinis posteriorem usque. (Continuatam insertionem vide in testa dorsali fig. 5ᵇ. t. t.)

y. y. *Deltoidis* (Musc. 60.) insertionis area, in anteriore sterni dimidio.

z. Ubi *Sternomastoideus* (Musc. 22.) inseritur ad sterni jugum.

sz. sz. sz. Area insertionis musculi *attrahentis pelvim* (Musc. 43.) ad posterius sterni dimidium.

tz. tz. Ubi *retrahens pelvim* (Musc. 44.) adhaeret ad ultimam partem abdominalem sterni.

&. &. &. &. Area musculi *pectoralis magni*, (Musc. 56.) ad utrumque sterni dimidium excurrens.

EXPLICATIO TABULAE TERTIAE.

FIGURA 6.

Testa dorsalis, superne; scutellis orba.

I—X. Laminae mediae dorsales; processibus spinosis vertebrarum dorsi respondentes.

Quanta sit harum partium in variis individuis diversitas, adjecta specimina figg. 6ª. 6ᵇ. 6ᶜ. 6ᵈ. 6ᵉ. et Tab. IV. fig. 9. docent.

XI.—XXXIV. Viginti quatuor ossa marginalia. Anterius et posterius medium singula, imparia; reliqua binario numero seu paria.

XXXVI.—XLIII. XLVI.—LIII. Costarum octo paria; secunda utrinque ad nonam usque. Primae decimaeque subtus latent, nec extrorsum comparent. (cf. Tab. II. fig. 5ª. XXXV. XLV. et XLIV. LIV.)

α. α. α.... Suturae inter ossicula singula nexa.

β. β. β.... Sulci, testae profundius impressi; scutellorum ablatorum limites indicantes. Suturarum locum non servant.

β'. Ubi sutura sulco tali confluit.

FIGURAE 6ª. 6ᵇ. 6ᶜ. 6ᵈ. 6ᵉ.

Varietates laminarum mediarum testae dorsalis; a prima ad sextam parum notabiles, inde a sexta vero ad ultimam usque frequentes.

Divisionis primitivae vestigia in laminis VI. VIII. et IX. figurae 6ª. conspicua. Aliis alio, nec constante loco emergentia vel delitescentia.

In quo summo formae lusu, ea quam fig. 6. habet, nobis paullo frequentior et stabilior reliquis visa est.

Cetera, utpote siglis congruentibus notata, peculiari explicatione non indigent.

FIGURA 7.

Sternum junioris individui, superne; scutellorum corneorum indumento servato et ad marginem exstante.

Notae novem ossibus sterni non adscriptae; collata enim fig. 5. Tab. II. singulorum significatus abunde patet.

1. 2. 7. Cardo masculus; magis exasperatus, quam adultis. 1. Processus anterior; 2. Processus posterior; 7. Incisura media cardinis.

15. 15'. Lacunae rhomboideae, fonticulorum in cranio instar, membranis expletae, serius in os mutandis. 15. Lacuna anterior, media inter sterni partem pectoralem et abdominalem intercedens. 15'. Lacuna posterior, in media sterni parte abdominali; *funiculo umbilicali,* prima aetate, pervia.

FIGURA 8.

Testa dorsalis ex eadem juniore testudine, ab inferiore; latere sinistro scutellis corneis vestita; dextro latere ossa nuda habens.

XII.—XXXIII. Ossa marginalia dextri lateris, suturis distincta. Sulci scutellorum parum profundi etiamnunc. Cardinis fovea minus notabilis, quam adultis.

XLV. Costa prima sinistri lateris, a secunda pendens.

LIV. Costa decima, nonae substrata.

XLVI.—LIII. Costa secunda ad nonam, altera alteri compaginata. Ubi versus marginalia ossa tendunt, minus latae, a costarum specie universa minus recedentes; hiatu scilicet inter singulas costas nondum expleto.

Quae costarum forma eo apertior, quo propior testudo a prima aetate.

m.n. Canalis medullaris, per vertebrarum corpora, inde a prima dorsi ad decimam usque productus.

λ.λ.λ.... Hiatus inter extremas costas, membranis primum expleti, cedentibus mox osseae substantiae increscenti.

π.π'. Sulcus intercostalis, ante suturam binarum costarum transversam impressus; costarum mediis jugis exstantibus, alterumque sulcum intercostalem ab altero sejungentibus.

EXPLICATIO TABULAE QUARTAE.

Ossa Testarum sejuncta.

FIGURA 9.

Testae dorsalis ossa singula, ab inferiore; eodem situ ac fig. 3ª. Tab. II.

Laminae dorsales mediae medium locum tenent; vertebrarum arcus, qui ab hisce etiamnunc sejungi poterant, primus nimirum, nonus et decimus, dextrorsum appositi, corpora vero vertebrarum dorsi dena sinistrorsum collocata. Reliqua reciprocum, quatenus diductis partibus licet, situm servant.

I.—X. Laminae dorsales mediae, processuum spinosorum vertebrarum loco. Quarum prima, ad septimam (I.—VII.) arcus vertebrarum adcretos habent suoque loco cohaerentes depictos. Secundae scilicet vertebrae arcus primae laminae dorsali; octavae vero vertebrae arcus laminae septimae agglutinantur. Ceterum prima duplicem arcum gerit, primae nimirum et secundae simul vertebrae; (56. et 57.) quorum primus, utpote seperabilis, ad latus positus. Nonae vero vertebrae arcus (64.) octavae laminae dorsali (VIII.) atque ita decimae vertebrae arcus (65.) nonae laminae dorsi (IX.) adcrescere solet. Ut ipsa demum decima lamina (X.) absque omni adhaerente arcu, libera retro vertebrarum seriem exstans, costas nonas inter et marginale ultimum os (XXIII.) excipiatur.

IX. IX. Nonae laminae dorsalis mediae divisio e priore periodo evolutionis residua; reliquis omnibus in singula ossa conflatis.

Quantus vero in hac concretione vel divisione sit lusus, supra Tab. III. fig. 6.—6ᵉ. explicatum est.

XI.—XXXIV. *ε.ζ.* Testae dorsalis viginti quatuor ossa marginalia. Ex hisce utrinque octo (XIV.—XXI. et XXV.—XXXII.) foveas profundius exaratas habent, ad excipiendas extremas costarum cuspides (*ϑ.ϑ....*)

Scutellorum vestigia passim marginalibus ossibus impressa.

XV. *ε.* XVI. XVII. XVIII. *ζ.* — XXXI. *ε.* XXX. XXIX. XXVIII. *ζ.* Ossa quaterna utrinque marginalia ad cardinem feminam facientia.

ε. Extremum anterius cardinis feminae.

ζ. Extremum posterius cardinis ejusdem.

Media cardinis pars per interposita ossa producta conspicitur.

XXXV.—LIV. *γ.η.ϑ.ρ.σ.* Costae, earumque partes notabiles.

XXXV.—XLIV. Decem costae dextri lateris.

XXXV. Costa prima; a secunda, cui adhaerebat sejuncta.

XLIV. Costa decima, a nona soluta.

XLV.—LIV. Costae decem sinistri lateris.

γ.γ. Tuber articulare nonae costae; ad pelvim excipiendam.

η.η.... Capitula costarum.

ϑ.ϑ.... Cuspides extremae costarum; marginalium ossium foveis, cuneorum instar, immittendae.

ϱ. Suturae asperitas in costa secunda, ad excipiendam primam costam.

σ. Asperitas similis nonae costae, nexui cum decima costa dicata.

9.18. *a.* Corpora vertebrarum dorsi decem, ab arcubus sejuncta et ad latus posita.

9. *a.* Primae vertebrae corpus, a nexu, quem cum primo et secundo arcu inibat, solutum. Quae mutua corporis vertebrarum et arcuum ratio evidentior redditur fig. 15. Tab. VI.

a. Fovea articularis ad excipiendum capitulum vertebrae ultimae colli.

56.—65. *e. e.* Vertebrarum dorsi arcus decem; sulco medio cavati ad medullarem canalem faciente.

56. *e. e.* Primae vertebrae arcus; a lamina media testae dorsalis prima (I.) sejunctus cujus asperitati ante arcum secundum (57.) cohaerebat.

e. e. Processus obliqui anteriores.

57. Arcus vertebrae secundae, pariter primae laminae dorsali adhaerens eique adcretus.

58.—63. Arcus vertebrarum tertius ad octavum, laminis mediis secundae ad septimam usque adcreti.

64. Arcus vertebrae dorsi nonus; a lamina media dorsali octava (VIII.) cui adhaerebat sejunctus.

65. Arcus vertebrae dorsi decimae, a lamina IX. solutus.

F I G U R A 10.

Corpora vertebrae dorsi primae et secundae, seorsim; inversa, ut sulcus eorum medullaris innotescat.

9. *o.* ·10. Corpus vertebrae dorsi primae, supinum.

o. Sulcus medullaris, respondens sulco arcui impresso et cum eo cavum medullare efficiens.

·10. Foramen vertebrale ad canalem medullarem; columnae vertebralis decimum; *nervum dorsalem primum* emittens. (cf. Tab. VI. fig. 12. Not. ·10.)

10. *o.* ·11. Corpus vertebrae dorsi secundae.

o. Medullaris sulcus, ad canalem medullarem faciens.

·11. Foramen vertebrale, *nervum dorsalem secundum* e canali medullari educens. (cf. Tab. VI. fig. 12. Not. ·11.)

F I G U R A 11.

Sterni ossa novem sejuncta, superne; eodem situ ac Tab. II. fig. 5.

LV.—LIX. 1. 1. Ossa partis pectoralis sterni quinque.

LV. Os centrale; in cuspidem productum, quae supra suturam ossium LVIII. et LIX. excurrit atque jugum sterni efficit. (cf. Tab. I. fig. 2. Tab. II. fig. 5. Not. 8.)

LVI.—LIX. Ossa marginalia.

1. 1. Processus anterior cardinis masculi. (Tab. I. fig. 2.)

LX.—LXIII. 2. 2. Quatuor ossa, sterni partem abdominalem componentia.

2. 2. Processus posterior cardinis masculi. (Tab. I. fig. 2. not. 2.)

EXPLICATIO TABULAE QUINTAE.

Sceleton testudinis feminae, a latere.

Feminam, ob maiorem staturam, prae mare depingendam credidi; lecto simul individuo e maximis et perfectissimis, quae mihi unquam contigit videre.

Quod demum exemplar honorem tulit, ut in numerum rariorum naturae rerum exciperetur, quae in splendido, Magni Ducis Hassiae, Museo Darmstadiensi *asservantur et — est enim tanta optimi principis liberalitas — curioso cuilibet patent contemplatori. Scilicet pietati et desiderio nunquam explebili tantum indulgere atque laboris nostri, sub remoto coelo suscepti hoc, qualecunque documentum in patriae sinum admittere, placitum est.*

Jam vero, ut ad propositum redeam, testa dorsalis paullo citra lineam mediam columnae vertebralis ita dissecta est, ut incisione per laminas dorsales medias et juxta costarum capitula ducta, ipsa vertebrarum corpora illaesa sint. Hisce igitur costarum extrema capitula cohaerent; remotis omnibus sinistri lateris costis cum marginalibus testae ossibus.

Qua sectione sola impetravi, ut et omnis vertebrarum series, a capite ad extremam caudam usque conspici, et extremitatum situs ad quadrupedum fabricam commode posset conferri.

Quodsi pedes multum extensi et a testarum ambitu paullo magis distantes sint, quam incedenti animali viventi porrigi soleant, hoc consulto factum esse intelliges, scilicet ne articulorum flexione longorum ossium species abbreviata nimis compareat neque finitimae colli et pelvis partes membris obtegantur. Quod, quanti usus sit in universo musculorum aliarumque rerum apparatu infra demonstrando, e Tabula XVIII. et sequentibus patebit.

Ceterum testae dorsalis dextrorsum descendentis et sterni ambitum punctis indicavi, dextrique lateris extremitates, utpote minus necessarias, neglexi.

Singularum demum hujus figurae partium explicationem vide mox Tab. VI. fig. 12.

EXPLICATIO TABULAE SEXTAE.

FIGURA 12.

Sceleton a latere; ad explicandam Tab. V. faciens.

A. Cranium.

B. Maxilla inferior.

C. Ossiculum auditus, apice suo in tympani cavo conspicuum.

D. a. d. f. g. h. Os hyoides.

- *a.* Corpus.
- *d.* Apex.
- *f.* Cornu anterius sinistrum.
- *g.* Cornu posterius.
- *h.* Ossiculum, ad apicem cornu maioris accessorium.

E. 1—8. 2*. *e. g. i. k. l.* ·1—·9. 67. 69. 71. Vertebrae colli octo earumque partes notabiles.

- 1.—8. Prima, ad octavam colli vertebram.
- 2*. Os adontoideum, epistropheo nunquam concrescens; (cf. Tab. XIV. fig. 51. 2*.)
- *e. e.* Processus obliqui anteriores vertebrae colli tertiae et septimae; reliquis notae non inscriptae.
- *g. g.* Processus obliqui posteriores vertebr. colli septimae et octavae.

k. k. Processus transversi; notati in solis vertebris tertia et septima.

l. l. Crista media inferior vertebrarum.

·1—·9. Foramina, *cervicales nervos* emittentia. Primum, occiput inter et atlantem; nonum inter colli ultimam vertebram et primam dorsalem.

67. 69. 71. Ossicula sesamoidea, retro quartam, quintam et sextam vertebram colli sinistrorsum appensa. *Costarum* sane rudimenta, per paria distributa. (cf. fig. 18. Tab. VIII. 66—70.)

F. 9—18. ·10—·19. *e.* Vertebrarum dorsi partes.

9—18. Corpora decem vertebrarum dorsi.

·10—·19. Foramina intervertebralia *nervos dorsales* educentia.

e. Processus obliquus anterior primae vertebrae dorsi, ultimam colli excipiens. (cf. fig. 15. et fig. 16. Not. 9. *e.*)

G. 19. 20. ·21. *u.* Ossis sacri partes quatenus, tegente pelvi, comparent.

19. Vertebra prima.

20. Vertebra secunda ossis sacri.

·21. Foramen sacrale secundum, (primo sub pelvi latente) *nervum sacralem* ducens.

u. Processus transversus vertebrae sacralis primae; sejunctus, costae instar; versus internam ilei partem tendens. cf. Tab. VIII. fig. 18. et Tab. XIV. fig. 64.

u. u. ubi socius simul secundae vertebrae sacralis processus transversus conspicitur.

H. H. 21—55. ·22.—·55. *e. g. k. l.* Coccygis partes.

21—55. Vertebrae triginta quinque coccygeae.

·22—·55. Foramina intervertebralia coccygea triginta quatuor, totidem *nervos coccygeos* educentia.

e. e. Processus obliqui anteriores vertebrar. coccyg.

g. g. Processus obliqui posteriores earundem. Litterae, quintae ac decimae vertebr. solis inscriptae.

k. k. k. k. Processus transversi; prima aetate sejuncti; (cf. Tab. XIII. fig. 49. *k.*) ad caudae extremum sensim delitescentes.

I. K. K. I—X. XI. XXIII. XLV. LIV. *α. β. η.* Testae dorsalis partes.

I.—X. Laminae dorsales mediae (processus spinosi vertebrarum) scissae.

XI. XXIII. E laminis marginalibus testae, anterior et posterior dissectae.

XLV. Costa prima, prope nexum cum corpore primae vertebrae dorsi secta.

LIV. Costae ultimae pars, corpori vertebrae dorsi ultimae appensa.

α. α. ... Suturarum vestigia.

β. β. ... Sulci testae impressi, ubi scutellorum corneorum limites coëunt.

η. η. ... Capitula costae secundae ad nonam usque scissa et suis locis vertebrarum corporibus cohaerentia.

L. M. Sterni anterior et posterior pars, punctis indicata. Situ maxime patente et a testa dorsali distante.

N.—U. b—z. 1—55. Membri anterioris partes.

N. b. c. d. f. l. Claviculae partes.

b. c. Os triquetrum, claviculam inter et testam dorsalem; altero extremo ad testam, ad claviculam altero accedente; utroque mobili, *ligamentorum* appositorum ope, (quae vide fig. 17. *γ. δ.*) Quae ipsa intercedentis ossiculi mobilitas descensui vel ascensui claviculae mirum quiddam favet. Diductis enim maxime testis situm assumit, qualem haec 12ma. fig. exprimit; appropinquatis vero testis sursum pellitur, prouti fig. 17. docet. Accedit ad hunc partium lusum augendum *ligamentum claviculae inferius,* sterno adhaerens, quod lig. vide fig. 17. *δ'.*

b. Ossis triquetri, claviculam ad testam dorsalem suspendentis margo superior, a costis propior.

c. Ejusdem ossis triquetri margo inferior, ad claviculam accedens; (*ligamento capsulari* circumposito; cf. fig. 17. *δ.*)

d. Ramus claviculae verticalis, seu dorsalis.

f. Rami horizontalis claviculae extremum inferius; seu pectorale; minus evidens sub hoc situ, osse brachii obstante, quo remoto, omnem claviculae decursum vide mox fig. 17.

Ceterum ad claviculae scapulaeque rationem apertiorem reddendam pertinent fig. 18. Tab. VIII. et fig. 53. Tab. XIV.

O. p. q. w. Scapula, a sterno proxima; abbreviata sub hoc situ comparens.

p. Extremum articulare capitatum. (*Ligamentum humeri laterale* insertum habet.)

q. Facies articularis lunata; ad articulum cum brachii capite faciens.

w. Facies superior; subscapulari aliorum animantium respondens et *musculum subscapularem* (Musc. 64.) excipiens.

P. z. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 10. Brachium.

z. Facies ipsius convexa, superior. (cf. Tab. XIV. fig. 56.)

1. Caput articulare; claviculae et scapulae foveis articularibus exceptum.

2. Sulcus articularis juxta caput, (cf. Tab. XIV. fig. 56. et 57. Not. 2.) ad marginem declivem articularem claviculae scapulaeque ludens. (cf. Tab. XIV. fig. 53. *n. r.*) Quae omnis articuli fabrica ginglymi aliquid habet.

3. Tuber externum, majus testudini; musculi *subscapularis* (Musc. 64.) et *Claviculo-brachialis* (Musc. 61.) insertiones excipiens.

4. Tuber internum, minus; ubi musculus *Superscapularis* (Musc. 62.) *Deltoides* (Musc. 60.) et *pectoralis major* (Musc. 56.) figuntur.

5. Fovea profundior, inter tubera. Apertior ad fig. 18. Tab. VIII. et Tab. XIV. fig. 57. not. 5.)

8. Condylus brachii externus, sive ulnaris; flexor.

10. Tuberositas supra condylum externum, e cujus ambitu originem capiunt musculi *Palmaris* (Musc. 68.) *Sublimis*, (Musc. 69.) *Ulnaris internus*, (Musc. 73.) *Radialis intern.* (Musc. 75.)

Q. 16. Radius; suprema parte ulna tectus. (Tab. VIII. fig. 18. ex utroque latere abunde conspicuus.)

16. Extremum inferius, complanatum, ossa carpi petens.

R. 21. 23. 28. Ulna.

21. Tuberositas, olecrani loco, extensori musculo *tricipiti brachii* (Musc. 65.) locum insertionis praebens.

23. Extremum inferius, complanatum.

28. Facies posterior, cavata.

S. 29—39. Carpus; decem ossibus conflatus.

29. Os carpi primi strati, unicum.

31—34. Stratum secundum ossiculor. carpi. 31. Ossiculum primum secundi strati, seu internum, minimum; 32. os secundum strati secundi, elongatum, reliquis majus; 33. os tertium sec. str.; 34. os quartum, seu externum sec. strati.

35—39. Stratum tertium oss. carpi. 35. Internum; 37. medium; 39. externum tertii strati.

Interpositorum 36. et 38. notas adjici superfluum visum est.

T. 42—46. Metacarpus.

42. Os metacarpi pollicis.

46. Os metacarpi digiti minimi.

Mediorum digitorum ossa metacarpi siglis carent.

U. 49—55. Phalanges digitorum.

49. Pollicis phalangis primae os.

50. Os phalangis secundae (extremae) pollicis; ungui substratum.

51. 52. Phalangum digiti minimi ossa. 51. Os primae, 52. os ultimae phalangis dig. min.

53—55. Digiti medii phalangum ossa. 53. Primae, 54. secundae, 55. tertiae, sive ultimae phal. os. (cf. fig. 14.)

V. Z. Æ. AV. a—oe. 5—66. Pelvis ac extremitatis posterioris partes.

V. a. h. n. q. s. ae. oe. Pelvis; cuius plena notio haurienda collatis fig. 18. Tab. VIII. et fig. 60. 62. 64. Tab. XIV.

a. a. Crista ossis ilium, ad testam dorsalem vergens, cui articuli ope cohaeret; (cf. Tab. XIV. fig. 64. μ'.) firmato insuper nexu musculis, motum gubernantibus, *Adducente* scilicet (Musc. 45.) et *abducente pelvim.* (Musc. 46.)

Ceterum mobilitas pelvis, quantumvis circumscripta sit, diverso tamen sensu concessa. Levis nempe rotatio et (veluti in aliquo, tuberculi articularis testae, hypomochlio absolvendus) ascensus atque descensus alternans anguli cristae ilium anterioris et posterioris.

h. Margo iliacus acetabuli.

n. q. s. Ossis pubis partes. *n.* Ramus oss. pub. ad acetabulum. *q.* Processus anterior, seu abdominalis pubis, cuspidatus. *s.* Processus lateralis pubis; *ligamenti pelvis inferioris tripertiti* ope sterno junctus; (cf. Tab. XIV. fig. 62. ξ. ξ.) insuper musculis *attrahenti pelvis* (Musc. 43) et *retrahenti* (Musc. 44.) insertionis locum concedens.

ae. Ossium ischii symphysis, symphysi pubis continua; ubi pars *ligamenti pelvis tripertiti* figitur (fig. 62. ξ.)

oe. Tuber ischii, unde musculus *Semimembranosus* (Musc. 105.)

W. 5. 7. 8. 9. 16. Os femoris.

5. Facies anterior, convexa; cui musculus *Cruralis* adhaeret. (Musc. 102.)

7. Caput, acetabulo pelvis exceptum.

8. Collum; *ligamentum capsulare femoris* excipiens.

9. Trochanter major, musculos *glutaeos* insertos habens; (Musc. 95. et 94.)

16. Scabrositas condyli femoris externi; cui *ligamentum laterale genu externum.* (Tab. VIII. fig. 22. ϱ.) adhaeret, et paullo retro, *Gastrocnemii* caput alterum; (Musc. 114.) quem insertionis locum apertius indicat Tab. XIV. fig. 59. not. 16.

X. 22. 23. 25. 29. Tibia.

22. Crista in tibiae corpore; cui figuntur *ligament. tibiae ad astragalum.* (Tab. VIII. fig. 22. φ.) et *ligam. interosseum tibiae fibulaeque.* (ibid. χ.)

23. Tuber anterius, cui inseruntur extensores *Vasti et Cruralis.* (Musc. 100. 101. 102.)

25. Tuberositas externa, fibulam versus, a tergo excipiens musculorum *gracilis* (Musc. 107.) et *Semitendinosi* (Musc. 104.) insertiones.

29. Ossiculum e cartilagine semilunari oriundum, *rotulam* mentiens; tibiae *ligamentorum* ope junctum. (cf. Tab. VIII. fig. 22. τ.)

Y. 32. 33. 36. 38. Fibula.

32. Corpus.

33. Asperitas externa, cui *ligamentum laterale genu externum* figitur. (cf. fig. 22. Tab. VIII. ϱ.)

36. Malleolus externus.

38. Margo exstans internus, *ligamentum interosseum* excipiens. (cf. fig. 22. Tab. VIII. χ.)

Z. 39. 42. 43. 44. 45. 48. 49. 51. Tarsus.

39—44. Astragali partes.

39. Facies anterior, ubi adhaeret *ligament. tibiae* (Tab. VIII. fig. 22. φ.)

42. Facies articularis, ad tibiam.

43. Facies articularis, ad fibulam; utraque superior.

44. Facies articularis inferior, ad ossa tarsi secundi strati quatuor priora.

45. 48. 49. 51. Ad ossa tarsi secundi strati; quorum quinque.

45. Ossiculum secundi strati internum; seu primum.

48. Ossicul. secundi strati quartum.

(Hisce interposita, secundum et tertium 46. 47. siglis carent.)

49. 51. Ossicul. tarsi secundi strati externum sive quintum, divergens. 49. Facies anterior, cui musculus *peroneus* (Musc. 110.) figitur. 51. Angulus hujus ossiculi externus superior exstans. Musculi *gastrocnemii* (Musc. 114.) insertionem excipiens. Ceterum cf. quae ad Tab. VIII. fig. 23. ψ. de hujus ossiculi significatu injiciuntur.

Æ. 54—57. 58. Metatarsus.

54. Os metatarsi Hallucis.

57. Os metatarsi digiti quarti.

(Interjecta secundi et tertii digiti ossa metatarsi, 55. et 56. notanda, sigla non gerunt.)

58. Os metatarsi imperfectum digiti quinti, sub cute latentis.

AV. 61—66. Phalangum ossa.

61. 62. Hallucis duo phalangum ossa.

63. Phalangis rudimentum digiti quinti, abbreviati.

64. 65. 66. Digiti pedis medii ossa phalangum, primum, secundum et tertium.

Secundi et quarti digiti terna phalangum ossa siglis non indigere videbantur.

FIGURA 13.

Testae dorsalis segmentum, dimidium exhibens dextrum ab interno latere; situ ad fig. 12. respondente.

Sectio per longitudinem testae ita instituta est, ut mediae laminae dorsales et vertebrarum corpora ad centrum sint divisa; ideoque universus canalis medullaris vertebrarum dorsi pateat.

I.—X. Laminae dorsales mediae (processus spinosi vertebrar. dorsi) per centrum sectae.

XI.—XXIII. Ossa marginalia.

XI. Os marginale medium anterius, centro suo scissum.

XXIII. Os marginale medium posterius; simili modo dissectum.

XII.—XXII. Undecim ossa marginalia dextri lateris, integra.

XXXVI.—XLIII. Costae dextri lateris, secunda ad nonam.

Prima et decima costa, utpote exiguae et appensae secundae ac nonae, retro vertebrarum corpora delitescunt. (cf. Tab. II. fig. 3^a. XXXV. et XLIV.)

α. α.... Suturae, inter testae ossa intercedentes.

β. β.... Vestigia impressionum, ad coëuntium scutellorum corneorum locum.

γ. Tuber articulare, a nona costa eminens; pelvi, per articulum excipiendae, dicatum. (cf. Tab. II. fig. 5^a. γ. et, apud pelvim, Tab. XIV. fig. 64. μ'.)

ε. ζ. Cardo femina dextri lateris; ossibus marginalibus quatuor XV.—XVIII. impressa. Ad os marginale XIV. vix aliquantulum hic excurrens, quod in aliis magis aggreditur; variat enim longitudo ossium marginalium.

ϑ. ϑ.... Costarum extremae cuspides, marginalibus ossibus exceptae (cf. Tab. IV. fig. 9. ϑ. ϑ.)

9—18. 56. 63. 64. 65. ·10—·18. *a. e. m. n.* Vertebrarum dorsalium partes.

9—18. Decem vertebrarum corpora, medio secta.

56. Arcus vertebrae dorsi primae, corpori hujus vertebrae suturae ope cohaerens, nec ipsius processui spinoso (I.) etiamnunc concretus.

Quae concretio arcuum cum processibus spinosis inde a vertebra dorsi secunda ad septimam usque perfecta est; ut in hisce nullum amplius vestigium suturae, arcum inter et laminas dorsales, compareat.

63. 64. 65. Octavae, nonae et decimae vertebrae dorsi arcus, sejuncti adhuc a laminis dorsalibus.

·10—·18. Foramina intervertebralia *nervorum dorsalium*; *primum* ad *nonum* usque educentia. Quod *decimum nervum dorsalem* emittit foramen, retro decimae vertebrae dorsi corpus ab accedente vertebra sacrali prima demum completur (cf. fig. 12. sigl. ·19.)

a. Fovea articularis corpori primae vertebrae dorsi impressa, ad excipiendum capitulum ultimae colli vertebrae.

e. Processus obliquus vertebrae dorsi primae, excipiens processum obliquum posteriorem vertebrae colli ultimae, sibi impositum.

m. n. Canalis vertebralis, per omnem seriem vertebrarum dorsi apertus; corpora dissecta, perquam tenuia, infra habens, supra vero laminas dorsales (processus spinosos) crassiores et accedentibus vertebrarum arcubus, passim coalescentibus, tanto voluminosiores.

FIGURA 14.

Digiti medii, membri anterioris, metacarpus cum phalangum ossibus.

44. 47. 48. Metacarpi os.
- 44. Corpus.
- 47. Basis, articuli ope ad carpi os tertium in tertio strato accedens. (cf. fig. 12. not. 57.)
- 48. Capitulum trochleare, in ginglymoidem articulum cum prima phalange conveniens.

53. 56—59. Phalanx prima.
- 53. Corpus.
- 56. Apex, ad phalangis dorsum leviter exstans et in fovea trochleari capituli metacarpi ludens.
- 57. Fovea articularis ginglymoides, ad capitulum metacarpi excipiendum.
- 58. Tuber basilare, excipiens insertionem musculi *interossei interni digitorum manus* (Musc. 90.)
- 59. Capitulum trochleare, basi secundae phalangis, articuli ginglymoidis ope, nexum.

54. 60—63. Phalanx secunda.
- 54. Corpus.
- 60. Apex dorsalis.
- 61. Fovea articularis ginglymoides, ad basin.
- 62. Tuber basilare, minus exstans quam prima phalange.
- 63. Capitulum articulare, trochlea munitum.

55. 64—67. Ultima, sive tertia phalanx.
- 55. Corpus, *corneo ungui* excipiendum; quem seorsim vide fig. 46. Tab. XIII.
- 64. Articularis fovea in basi.
- 65. Tuber baseos, multum infra articulum eminens; insertionem tendinis *flexoris profundi digitorum* (Musc. 70.) excipiens.
- 66. Apex dorsalis, insertioni musculi *extensoris brevis digitorum* dicatus (Musc. 83.)
- 67. Cuspis tertiae phalangis extremae.

FIGURA 15.

Digiti medii pedis ossa phalangum, cum metatarso.

56. 59. 60. Metatarsus.
- 56. Corpus.
- 59. Basis, ossiculo tarsi secundi strati tertio (47.) adposita.
- 60. Capitulum trochleare.

64. 67—70. Prima phalanx.
- 64. Corpus.
- 67. Apex dorsalis.
- 68. Fovea articularis ginglymoides, capitulum trochleare metatarsi excipiens.
- 69. Tuber ad basin, cui inseritur musculus *interosseus digitorum pedis plantaris.* (Musc. 123.)
- 70. Capitulum trochleare ad articulum cum secunda phalange faciens.

65. 71. 73. 74. Phalanx secunda.
- 65. Corpus.
- 71. Apex, a phalangis dorso assurgens.
- 73. Tuber baseos.
- 74. Capitulum articulare, trochlea munitum.

66. 75—78. Tertia, ultima, phalanx.

66. Corpus.

75. Apex, in trochlea capituli secundae phalangis ludens. *Extensoris brevis digitorum pedis* (Musc. 111.) insertionem excipiens.

76. Fovea articularis ginglymoides.

77. Baseos tuber, ad quod inseritur musculus *flexor longus digitorum pedis.* (Musc. 117.)

78. Extrema phalangis cuspis, in *unguis* ultimo recessu delitescens.

FIGURA 16.

Segmentum sceleti; capitis et colli, plurimum inter testam retractorum, rationem explicans.

Icon haec typum figurae 12. servat, remotis tamen hyoide et clavicula, utpote superfluis.

A. Caput, intra testam absconditum.

E. 1—8. ·1—·9. 67. 69. 71. *b. e. g. i. k. k'. l.* Vertebrarum colli partes.

1—8. Octo vertebrarum colli corpora; quorum quartum, utrinque capitatum, sub tanta colli flexione verticalem situm assumit.

·1—·9. Foramina intervertebralia, *nervos cervicales* educentia.

67. 69. 71. Ossicula colli sesamoidea sinistri lateris.

b. b. ... Capitula, sive tubercula articularia vertebrarum colli; foveis articularibus finitimarum vertebrarum excipienda. Notae solis tertiae, quartae et octavae inscriptae, quibus ducibus, quae hisce respondent, in reliquis facile investigantur. Ceterum singulis vertebrarum colli partibus accuratius explicandis dicata est insuper Tabulae XIV. fig. 51.

e. Processus obliquus anterior vertebrae colli tertiae; reliquis siglo non notatis.

g. g. Processus obliqui posteriores vertebrae colli tertiae et octavae; ab aliis notae absunt.

i. Rudimentum processus spinosi tertiae vertebrae colli. Desunt notae reliquis.

k. k. k. Processus transversi, primis vertebris grandiores.

k'. Processus lateralis Atlantis, sive pars superior processus transversi; plurimum exstans; insertionem musculi *recti capitis posterioris minoris* recipiens. (Musc. 52.)

l. l. ... Crista media inferior corporis vertebrarum, ubi musculus *longus colli* (Musc. 28.) figitur.

F. 9. *e.* XLV. *η. η.* Vertebrarum dorsi priorum partes, obiter indicatae.

9. e. Vertebra dorsi prima. 9. Corpus. *e.* Processus obliquus anterior, excipiens, impositum sibi, processum obliquum posteriorem vertebrae ultimae colli. (*g.*)

XLV. Costae primae segmentum.

η. η. Capitula secundae et tertiae costae secta; vertebrarum corporibus nexa.

K. Testa dorsalis, secta.

L. Sterni limites leviter adumbrati; ut appareat quantum, retracto capite, commode occludi possit testae anterior hiatus.

Quod spatium, cum, laxatis testis, pollicem circiter pateat, summo testudinis nisu ad dimidium fere pollicem restringitur.

FIGURA 17.

Clavicula et scapula quomodo ad humeri articulum faciant exponitur, adjecta ligamentorum nonnullorum descriptione; partium situ ad fig. 12. accommodato, ita tamen, ut, testis paullo minus apertis, claviculae ascensu, ossiculum triquetrum dorsali testae paullo magis adpressum sit.

A. Caput.

D. f. g. Hyoides, ut in fig. 12.

K. Testa dorsalis, secta.

L. M. Sternum.

N. d. e. f. l. m. Claviculae partes.

d. Ramus verticalis, versus testam dorsalem, ad ossiculum triquetrum assurgens.

e. f. Ramus horizontalis, seu pectoralis. *f.* Extremum inferius sterno accedens, *ligamenti* ope.

l. Facies articularis cavata, superiorem foveae glenoideae partem, qua brachii caput excipitur, constituens; inferiore a scapula complenda. (vide mox *q.*)

m. Tuber supra faciem articularem claviculae; unde pars musculi *tricipitis brachii.* (Musc. 65.)

Claviculae os, a testa dorsali ad sternum usque, unicum esse, neque furculae aliquid (ut opinantur passim autores) accedere, haec figura docet; eandemque prorsus, jam a tenera inde aetate, fabricam obtinere probant Tab. XIV. figg. 54. et 55. quas vide.

O. p. q. Scapula.

p. Extremum articulare.

q. Facies articularis lunata, ad claviculae similem faciem ita accedens, ut sutura transversa interposita aliquam scapulae mobilitatem concedat; per syndesmosin.

Quibus rebus ulterius explicandis pertinet Tabulae XIV. fig. 53. *o.*

β. β. Ligamentum nuchae ad testam dorsalem et sternum fortius adhaerens; (cf. Tab. II. fig. 5^b et fig. 5. ***) validiore strato colli radicem ejusque musculos ambiens et versus claviculam atque caput ita divergens, ut extenuatis, in subtilem membranam, extremis sensim delitescat ad occipitis cristam et claviculam, neutri tamen fortiter cohaereat.

γ. Ligamentum ossis triquetri ad testam et primam costam; laxum, sed validum; descensum triquetri ossis, claviculaeque huic appensae permittens, qualis ad aperiendas testas necessarius fit. (Insertionis locum hujus ligamenti vide Tab. II. fig. 5^b♀.)

δ. Ligamentum capsulare ossis triquetri et claviculae; laxamenti tantum habens, ut, testis multum apertis, in rectam fere lineam extendantur clavicula cum osse triquetro; (cf. fig. 12.) clausis vicissim, quantum licet, testis, ad angulum acutum flectantur atque adeo claviculae summo extremo accessus tantum non ad testam dorsalem permittatur.

δ'. Ligamentum claviculae inferius, ad sternum. (cf. insertionis locum in sterno Tab. II. fig. 5. †.)

Tendinosi aliquid habet firmissimum hoc ligamentum. Quoniam vero longitudine non multum infra sextam pollicis partem subsidit, minus adstrictum est. Atque ideo et ascensum aliquem, vel descensum, sterno et rotatorium insuper quendam claviculae motum, sub pedis variante positu, permittit.

Quibus igitur superioribus et inferioribus claviculae ligamentis, una cum osse triquetro interposito, efficitur ut idem adeoque simplex apparatus, sterni atque claviculae diversissimi generis motui simul et opem ferat, et arctiores limites ponat.

EXPLICATIO TABULAE SEPTIMAE.

Sceleton testudinis feminae, a ventre; sterno remoto; dorsali testa integra servata et scutellis suis vestita.

Hyoides capiti, ligamenti ope et legitimo situ, adpensum.

Brachium dextrum, cum antibrachio et manu, in positu prono.

Sinistra manus, quantum, non absque aliqua vi adjuvante, fieri potest, supinata.

Ita etiam pes posterior dexter in prono, sinister vero situ supino.

Ligamenta, ne ossium ambitus lateat, pauca adjecta, neque nisi e sinistro latere unum, quod scapulae, bina vero quae pelvi pertinent.

Ceterum ad Tabulam VIII. praeter hanc totius sceleti explicationem, (fig. 18.) accessoriis figuris 19—23. levis praecipuorum ligamentorum adumbratio accessit.

EXPLICATIO TABULAE OCTAVAE.

FIGURA 18.

EXPLICATUR *Tabulae VII. Sceleton a ventre.*

A. B. C. Capitis partes. *B.* Maxilla inferior. *C.* Ossiculum auditus.

D. d. e. f. g. α. Hyoidis partes.

d. Apex, linguae substratus.

e. Cornicula triquetra; quibus musculus *Genioglossus* (Musc. 17.) et *Hyoglossus* (Musc. 18.) inseritur.

f. Cornua bina majora, anteriora; ossiculum ad apicem adjectum gerunt.

g. Cornua posteriora.

α. Ligamentum suspensorium hyoidis, ab apice cornu majoris et ossiculi, huic impositi, ambitu ad mastoideum capitis processum tendens.

Plenam Hyoidis descriptionem vide Tab. XIII. fig. 42.

E. 1. 2* 2—8. *b. c. d. e. g.* ·1—·8. 66—71. Vertebrarum colli partes.

1—8. Vertebrae colli octo.

1. Corpus Atlantis.

2* Os odontoideum sejunctum.

b. Capitulum octavae vertebrae colli, primae dorsi vertebrae, articuli ope, nexum.

c. d. Arcus Atlantis.

e. e. Processus obliqui anteriores; ad tertiam et septimam vertebras solas, notis adscriptis.

g. g. Processus obliqui posteriores earundem vertebrarum.

·1—·8. Octo priora foramina intervertebralia, quorum primum, occiput inter et Atlantem; reliqua inter processus obliquos binarum vertebrarum. *Nervos cervicales* octonos priores emittunt. Noni cervicalis nervi foramine sub hoc situ latente. (cf. Tab. VI. fig. 12., ·9.)

66. 67. Par ossium sesamoideorum primum, retro vertebram colli quartam appensum.

68. 69. Par secundum, pone quintam colli vertebram.

70. 71. Par tertium, ad sextam vertebram adpositum.

F. 9—13. *k. k.* Vertebrae dorsi quinque priores.

9. Prima dorsi vertebra.

13. Quinta. Reliquae, hoc situ, teguntur pelvi.

k. k. Capitulorum costarum indicia, quae processus transversos, corporibus vertebrarum appensos, mentiuntur. Passim enim costarum capitula ligamentis sunt interrupta. (vide mox Δ.)

G. 19. 20. *u. u.* Ad os sacrum.

19. 20. Corpora duarum ossis sacri vertebrarum. –

u. u. Processus transversi, maximi, ossis sacri; sejuncti, costis aequiparandi.

H. H. 21—55. *e. k. l.* Vertebrae coccygis earumque partes.

21—55. Corpora triginta quinque.

e. Processus obliquus anterior, in sola quartae coccygis vertebra siglo notatus.

k. k. k. Processus transversi, junioribus sejuncti; costarum instar.

l. l. Crista media inferior, inde a sexta, vel septima vertebra eminens; duplicata primum, mox versus caudae finem simplex.

I. K. K. *ε. ζ. η. η....* Δ. Δ. Δ. Testae dorsalis partes.

I. Media costarum regio.

K. K. Marginalis pars, scutellis tecta corneis.

ε. ζ. Cardo femina.

η. η.... Costarum capitula, versus corpora vertebrarum dorsi porrecta. Passim vertebras non attingunt, hiatu intercedente, *ligamentis* expleto.

Δ.... Ligamentosa pars, vertebras inter et costas interposita; sinistro latere servata, a dextro remota, ut ibi costae dehiscentes compareant.

Quam vero omnem capitulorum costarum attenuationem et mancam conditionem, quoniam provectiore frequentior mihi quam tenera aetate visa est, minus ad incrementum nondum absolutum, quam ad absorptionem calcareae ossium partis referrem.

Membri anterioris dextri partes.

N. c. d. e f. g. i. l. n. Clavicula.

c. Ubi margo inferior ossis triquetri claviculam attingit.

d. Ramus dorsalis, verticalis; ob situm testudinis supinum, summopere abbreviatus hic comparens.

e. f. g. Ramus horizontalis, seu pectoralis.

f. Extremum inferius rami pectoralis, cui *ligamentum claviculae inferius* figitur. (cf. Tab. VI. fig. 17. δ'.)

g. Apex hujus extremi, retrorsum vergens; *ligamentum scapulo-claviculare* excipiens; vide membrum anterius sinistr. (ε.)

i. Angulus, ubi uterque claviculae ramus convenit.

l. Facies articularis cavata.

n. Margo declivis articularis; sulco articulari, juxta caput brachii, respondens. (cf. Tab. XIV. fig. 56. et 57. not. 2.)

O. p. t. u. v. x. Scapula.

p. Extremum articulare leviter capitatum; musculi *teretis minoris* insertionem excipiens. (Musc. 65.)

t. Margo internus, junioribus cartilagineus. (cf. Tab. XIV. fig. 55. *t. t. y.*)

u. Margo anterior, sinuatus; unde *Omohyoideus.* (Musc. 14.)

v. Margo posterior, convexus; musculum *bicipitem* insertum habet. (Musc. 66.)

x. Facies inferior, exteriori aliorum animantium respondens; *Bicipitem* (Musc. 66.) et, plurima parte, musculum *Superscapularem* adhaerentes gerens. (Musc. 62. Suprasp. et Infraspinato comparabilem.)

P. z. z'. 1—4. 7. 9. ·9. Os brachii.

z. Facies convexa, externa et superior simul. (cf. Tab. XIV. fig. 56.)

z'. Facies sinuata interna et inferior; (ibid. fig. 57.) cui *Brachialis internus* (Musc. 67.) adhaeret.

1. Caput articulare.

2. Sulcus articularis, juxta caput, margini declivi articulari claviculae scapulaeque respondens. (cf. Tab. XIV. fig. 53. *n. r.*)

3. Tuber externum; hoc positu vix conspicuum.

4. Tuber internum.

(Musculi, tuberibus inserti, ad Tab. VI. fig. 12. sub sigl. 3 et 4 enumerantur.)

7. Condylus internus, radialis, extensor; radium, articuli ope, excipiens.

9. Tuberositas supra condylum internum; insertionis locus musculorum *radialis externi brevis*; (Musc. 77.) *radialis externi longi;* (Musc. 76.) *extensoris comm. digitor*; (Musc. 80.) *supinatoris brevis;* (Musc. 79.) *ulnaris externi.* (Musc. 74.)

·9. Foramen, *nervi anconei* ramum transmittens, emergentem ad condylum internum (cf. extremit. sinistr. ·9.)

Q. 12—14. 16—19. Radius.

12. Corpus.

13. Capitulum, superiore extremo.

14. Fovea capituli glenoidalis, ad condylum internum brachii respondens.

16. Extremum inferius, complanatum.

17. Margo ulnaris, sinuatus; *interossea ligamenta* excipiens. (cf. fig. 20. η. ζ.)

R. 21. 24—27. Ulna.

21. Tuberositas, olecrani loco.

24. Ubi, facie articulari intercedente, ossi carpi primi strati nectitur ulna. (29.)

25. Ubi ossi tertio et quarto secundi strati carpi (33. et 34.) articulatim committitur.

26. Margo radialis excisus; *ligamentum interosseum* gerens (fig. 20. η·ζ.)

27. Facies anterior, convexa.

S. 29—39. Ossa carpi.

29. Os carpi primi strati solitarium.

30. Apex liber, interosseus, ulnam inter et radium assurgens.

31—34. Ossa quatuor carpi, secundi strati.

35—39. Ossicula carpi quinque, tertii strati. Quodcunque suum metacarpi os gerit. Quartum, in hac serie, quinto saepe coalitum. (38. et 39.)

T. 42—46. Metacarpi ossa quinque.

42. Metacarpus pollicis; 43. indicis; 44. digiti medii; 45. digiti quarti; 46. digiti minimi.

U. 49—55. Phalangum ossa.

49. 50. Pollicis phalanges duae. 49. Prima; 50. extrema phalanx.

51. 52. Digiti minimi phalanges duae. 51. Prima; 52. extrema.

53—55. Digiti medii phalanges tres. (Totidem digitis reliquis; secundo et quarto, siglis non notatae.) 53. Prima phalanx; 54. secunda; 55. tertia, seu extrema.

Singularum phalangum partes exponuntur. Tab. VI. fig. 14.

Membrum anterius sinistrum.

N. c. d. e. f. m. n. o. Clavicula.

c. d. e. f. n. Ut in dextro latere.

m. Tuber supra faciem articularem, unde pars musculi *tricipitis brachii* (Musc. 65.)

o. Faciecula scabra, suturae instar, claviculam inter et scapulam intercedens, nunquam coalescens. Eandem suturam, per cavitatem articularem continuatam, vide Tab. VI. fig. 17. et Tab. XIV. fig. 53. *o.*

O. t. u. v. x. y. ε. Scapula.

t. u. v. x. Vide dextrum latus.

y. Cartilaginis scapulae residuum; plurima nimirum ipsius parte in os, eoque in scapulae augmentum verso.

Abbreviatam, tenera aetate, scapulam et latiorem cartilaginem appensam vide Tab. XIV. fig. 55.

ε. Ligamentum scapulo-claviculare; firmum, claviculae extremum inferius inter et scapulae marginem internum, vel cartilaginem, huic appensam. Diductioni scapulae a clavicula limites ponit.

P. z. 1. 3—9. ·9. 10. 11. Brachium.

z. 1. 3. 4. 7. In dextro latere explicata.

5. Fovea profundior inter brachii tubera, musculi *teretis minoris* insertionem excipiens. (Musc. 63.)

6. Trochleae articularis, ad inferius brachii extremum, sulcus.

8. Condylus externus, sive ulnaris, flexor; ulnae ossi per articulum nexus.

9. Tuberositas supra condylum internum. (Musculi pertinentes, ad brachium dextrum notati.)

·9. Foramen ad condylum internum emergens, *nervum* educens, introëuntem paullo superiore loco, in dextro latere indicato. (·9.)

10. Tuberositas juxta et supra condylum externum. Musculos ex hac regione oriundos indicatos vide Tab. VI. fig. 12.

11. Fovea posterior, supra condylorum trochleam.

Q. 12. 13. 16—19. Radius.

12. Corpus, ubi insertionem alterius tendinis bicipitis excipit. (Musc. 66.)

13—17. Vide in dextro latere.

18. Radii faciecula articularis, ad os carpi magnum secundi strati faciens.

19. Ubi radius, articuli ope, ossiculo carpi primi strati nectitur.

R. 22. 23. 28. Ulna.

22. Ubi, lunatae faciei articularis auxilio, condylum brachii externum aggreditur.

23. Extremum inferius complanatum.

28. Facies posterior cavata.

29—39. Ossa carpi decem.

42—46. Ossa metacarpi quinque.

49—55. *U.* Digitorum phalanges.

De quibus videsis explicationem ad dextrum latus.

Pelvis et posteriores artus.

V. a. n. p. q. s. t. u. w. x. z. ae. oe. ch. sz. tz. 1. *v. ö.* Pelvis.

a. Os ilium testam dorsalem versus assurgens; sub hoc situ adeo abbreviatum ut vix innotescat.

n—w. Quae ad pubis ossa pertinent.

n. Ramus pubis ad acetabulum.

p. Margo acetabuli anterior.

q. Processus pubis anterior sive abdominalis, cuspidatus; prima aetate cartilagineus (cf. Tab. XIV. fig. 61. *r.*)

s. Processus lateralis pubis, leviter exasperatus, musculor. *attrahentis* et *retrahentis* pelvim (Musc. 43. et 44.) insertiones excipiens atque *ligamenti pelvis inferioris tripertiti* ope sterno adhaerens. (cf. Tab. XIV. fig. 62. ξ; et insertionis locum in sterno Tab. II. fig. 5. ζ.) Eidem processui retrorsum accedit *ligamentum pubis ischiadicum*, quod vide sinistro pelvis latere (*v.*)

t. Margo posterior pubis, sinuatus; ad foramen obturatorium faciens.

u. Margo internus; ad Symphysin socio concretus.

w. Facies inferior, sternum versus spectans, musculum *tricipitem adductorem femoris* incumbentem habens. (Musc. 97.)

x—tz. Ossium ischii partes.

x. Ramus ischii ad acetabulum.

z. Margo acetabuli ischiadicus.

ae. Symphysis ischiadica, pubis symphysin continuans.

oe. Processus posterior pelvis, sive tuber ischii; unde ligamentum pubis ischiadicum, (*v.*) et musculi *semimembranosi* pars. (Musc. 105.) atque *Pectineus* (Musc. 98.)

ch. Facies inferior, sternum versus.

sz. Margo sinuatus anterior, ad foramen obturatorium.

tz. Margo posterior symphyseos ischiadicae; ad cujus mediam regionem *ligamenti pelvis inferioris laxi* (ξ.) tertia pars accedit; duo enim ejusdem fasciculi processubus pelvis lateralibus figuntur; (vide supra *V. s.* et figg. ibi adductas.).

1. Foramen obturatorium; pubis inter et ischii margines sinuatos; (*t. sz.*) maxima parte *membrana* clausum, ex altero latere mox indicanda.

v. Ligamentum pubis ischiadium; unde musculi: *Sartorius* (Musc. 106.) *gracilis*, (Musc. 107.) et *semimembranosi* pars. (Musc. 105.)

ö. Ligamentum obturatorium, exiguo hiatu, prope pubis marginem, *nervo vasisque* pervio, exstructum.

Membrum posterius dextrum.

W. 5—10. 12. 13. 20. Femur.

5. Facies anterior, convexa. (cf. Tab. VI. fig. 12.)

6. Facies posterior sinuata.

7. Caput.

8. Collum.

9. Trochanter major. (Tab. VI. ibid.)

10. Trochanter minor, cui inseruntur musculi *triceps adductor* (Musc. 97.) et, a radice propius, *iliacus internus.* (Musc. 91.)

12. Condylus externus.

13. Condylus internus.

20. Scabrositas condyli interni; cui adhaeret *ligament. laterale genu internum.* (cf. fig. 22. π.)

X. 21—24. 27. 29. 30. Tibia.

21. Corpus.

22. Crista corporis, antrorsum exstans, unde *ligamentum tibiae ad astragalum.* (cf. fig. 22. φ.)

23. *Tuber anterius, musculorum extensorum* insertioni dicatum.

24. Tuberositas interna; *ligamentum laterale genu internum* excipiens. (fig. 22. π.)

27. Margo faciei articularis anterior, in cristam mediam aliquam elatus, a qua devexus antrorsum clivus ad tuber anterius delabitur; retrorsum facies articularis declivis descendit. (cf. 26. in pede sinistro.) Ceterum ipsi cristae mediae *ligamentum cruciatum internum* conjungitur. (fig. 22. σ,.)

29. Ossiculum e cartilagine semilunari natum — patella spuria.

30. Malleolus internus.

Y. Fibula, a tibia plurimum tecta.

Z. 39. 42—45. 49. Ad ossa tarsi.

39—44. Astragalus. 42. Ubi tibiae articulatur; 43. ubi fibulae; 44. facies articularis inferior, ad stratum ossium tarsi secundum.

45. Os tarsi secundi strati internum.

49. Os tarsi externum, seu quintum secundi strati.

Tria media interposita siglis carent.

Æ. 54—58. Ossa quinque metatarsi.

54. Metatarsus hallucis.

58. Imperfectior digiti minimi metatarsus.

AV. 61—66. Phalangum ossa.

61. 62. Hallucis prima et ultima phalanx.

63. Digiti minimi phalangis rudimentum, sub cute absconditum.

64. 65. 66. Tres digiti medii phalanges.

Totidem secundi et quarti digiti phalanges notis non indicati sunt.

Membrum posterius sinistrum.

W. 5—15. 19. 20. Femur.

5—10. Ut in dextro femore.

11. Fossa trochanterica; ubi inseritur *Obturator internus,* (Musc. 95.) et *Quadratus femoris* (Musc. 96.)

12. Condylus externus.

13. Condylus internus.

14. Trochlea obsoleta.

15. Fovea media trochleae; cui figitur *ligamentum cruciatum internum.* (cf. fig. 22. σ,.)

19. Margo acutus supra condylum externum, unde musc. *plantaris* originem capit. (Musc. 115.)

20. Scabrositas condyli interni.

X. 21. 24. 26. 28. 30. 31. Tibia.

21. Corpus.

24. Tuberositas interna.

26. Facies articularis, retrorsum declivis.

28. Margo faciei articularis posterior; cui adhaeret *ligament. cruciatum externum* (cf. fig. 23. σ.)

30. Malleolus internus.

31. Fovea articularis extremi tibiae inferioris, ginglymoides; ad astragalum.

Y. 32. 34. 36. 37. 38. Fibula.

32. Corpus.

34. Asperitas interna capituli, ubi *ligamentum tibiae fibulaeque superius* (fig. 22. v.) et *ligamenti cruciati externi* pars (fig. 23. σ.) adhaerent.

36. Malleolus externus.

37. Ubi, faciei articularis ope, astragalo nectitur.

38. Margo exstans internus, *ligamentum interosseum tibiae fibulaeque* excipiens. (cf. fig. 22. χ.)

Z. 40—52. Tarsus.

40. 41. Astragalus. 40. Facies posterior; 41. tuber articulare laevigatum posterius; quo ludit *ossiculum plantae pedis* (cf. fig. 23. not. 53.)

45—48. 50—52. Ossicula tarsi secundi strati quinque. 45. Internum, metatarso hallucis respondens; 46. 47. 48. tria finitima, metatarsos suos adpositos habentia. 50—52. Ossicul. tarsi externum, seu quintum; 50. facies posterior cavata; 51. angulus externus superior exstans; 52. ubi processus articularis ope, metatarsum digiti quinti excipit.

Æ. 54—58. Ossa quinque metatarsi.

54. Metatarsus hallucis.

58. Imperfectior digiti minimi metatarsus.

AV. 61—66. Phalangum ossa; dextro pede, sub iisdem siglis descripta.

FIGURA 19.

Cardo sinistri lateris, in testarum segmento, a prona parte conspicuus; ad ligamenti cardinis rationem explicandam.

3. 4. Vestigium suturae transversae articularis sterni. (cf. Tab. II. fig. 4. sigl. 3. 4.)

5. 6. Sulcus sterni transversus ante suturam; motui opem ferens. (vide ibid.)

Γ. Ligamentum cardinis; processum cardinis masculi anteriorem et posteriorem (Tab. I. fig. 2. et Tab. II. fig. 4. et 5. sigl. 1. 2.) ambiens atque, ex adversa parte, cardinis feminae foveae exasperatae insidens, (cf. Tab. II. fig. 5^{a}. ε. ζ.) commune quoddam, inter utramque testam, atque continuum vinculum constituit. A ligamentorum vulgari structura vero remotissimum, neque capsularis ligamenti ratione cavum, neque tendinosum; sed, coactilis instar, validius contextum, elasticum tamen et quaquaversum extensile; quartam fere pollicis partem crassum; pinguedinem, circa cardinem frequenter adpositam, avide bibens et ab ea flexilitatem accipiens, quae, in testa oleo immersa, etiam post mortem servatur.

Cujus simplicissimi articuli, nulla ossium facie articulari, quae cartilagine sit laevigata, indigentis exemplum jam apud claviculae inferius extremum, sterno devinctum, (Tab. VI. fig. 17. δ) allatum est.

Atque affine prorsus videtur ligamento Ceti, *maxillam ad cranium defigenti; in cujus structuram cel.* Home *(lectures on comp. anat. pag. 82. sq.) commentatur.*

In promtu igitur nobis et ante oculos versatur, quod ad remota maria ablegatum atque adeo nostrae observationi subductum esse videbatur.

Ceterum id commodi sane habet hujus articuli fabrica, ut firmitate insigni gaudeat et arctius cohibeat partes, nihilo tamen secius omnimode sit mobilis, atque universum sternum a testa dorsali diduci, eique vicissim approximari et testarum hiatum promiscue, vel anteriore, vel posteriore, vel utroque dimidio, aperiri posse vel claudi, permittat.

Qua vero ratione hoc ligamentum, circa cardinis feminae in testa dorsali, oras aliquomodo redundans, cardinem (punctis indicatum) amplectatur atque ad sterni sulcum transversum usque descendat, et hac nostra figura, et collatis Tabulae II. figg. 3a. et 4., facile intelligitur.

FIGURA 20.

Antibrachium et manus sinistri lateris a dorso, ligamenta nonnulla exhibens.

Q. Radius.

R. Ulna.

ζ. Ligamentum interosseum cubiti superius.

η. Ligament. interosseum cubiti inferius.

Utrumque exiguum, lunatum; hiatum, radium et ulnam inter, plurima parte apertum relinquens.

ι. ι. ι. ι. Ligamenta interossea metacarpi quatuor; a dorso ossis metacarpi ad regionem ligamenti capsularis primae phalangis digiti finitimi; oblique extrorsum, supra musculos *interosseos digitorum manus externos*, deflectente cursu. (Musc. 89.)

ϰ. ϰ. ϰ. ϰ. Ligamenta quatuor transversa phalangum, inter primos articulos binorum digitorum.

λ. Ligamentum capsulare primae phalangis, ad solum digitum secundum indicatum.

FIGURA 21.

Antibrachium et manus sinistri lateris a prona parte.

Q. 14. Radius.

14. Ubi capitulo foveola impressa est, ad condylum brachii internum respondens.

R. 22. Ulna.

22. Facies articularis lunata, brachii condylum externum excipiens.

40. 41. Ossicula duo volae manus, in situ; carpi secundo strato, ligamentosi apparatus ope, cohaerentia et tendini musculi *flexoris profundi digitorum* (Musc. 70.) substrata arctiusque affixa; scilicet ut trochleae qualiscunque vices agant.

Ab iisdem ossiculis etiam musculus *flexor brevis digitorum* (Musc. 88.) originem capit.

ϑ. ϑ. ϑ. ϑ. Ligamenta quatuor intermetacarpoidea transversa; ad basin ossium metacarpi. Valida.

FIGURA 22.

Pedis posterioris sinistri ossa, inde a femoris inferiore extremo; a dorsali parte intuenda. Ligamentis appositis.

X. 29. Tibia sinistra.

29. Ossiculum tibiae impositum, ad articulum genu faciens; e cartilagine semilunari oriundum.

Y. 55. Fibula.

55. Facies articularis a femoris faciecula lunata, (Tab. XIV. fig. 59. sigl. 17.) cui respondet, leviter diducta.

π. ϱ. σ. σ,. Ligamenta articuli genu. Remotis capsulari et parte lateralis externi.

π. Ligamentum genu laterale internum.

ϱ. Lig. genu laterale externum; cruciati aliquid habens et duplici strato conflatum, quorum alterum, a femoris condyli externi scabrositate circa fibulae capitulum antrorsum reflexum, ad tibiam usque excurrit, nec depictum nobis, quo minus reliqua lateant; alterum vero, femur inter et fibulam supremam, indicatum est.

σ. σ,. Ligamenta cruciata poplitis.

σ. Lig. cruciatum externum, retro appositum et evidentius in poplite. cf. fig. 23.

σ,. Lig. cruciatum internum, a margine anteriore faciei articularis tibiae assurgens ad mediam foveam trochleae femoris. (Tab. XIV. fig. 59. not. 15.)

τ. Ligamentum, semilunarem articuli genu cartilaginem, in ossiculum mutandam, utrinque firmans.

υ. Ligamentum tibiae fibulaeque superius; sub quo vasa, e poplite dorsum pedis petentia, antrorsum emergunt.

φ. Ligamentum tibiae ad astragalum; a crista corporis tibiae ad anteriorem astragali faciem.

χ. Ligamentum interosseum cruris.

ω. ω. ω. ω. Ligamenta quatuor interossea metatarsi; similibus in metacarpo respondent.

ευ. ευ. ευ. Ligamenta phalangum pedis transversa tria; digito minimo reliquis non devincto.

εῖ. Ligamentum phalangum capsulare. Unum indicatur.

FIGURA 23.

Eadem extremitas sinistra retrorsum.

X. 25. 26. Tibia.

25. Tuberositas externa, ad fibulam spectans, musculorum *gracilis* (Musc. 107.) et *semitendinosi* (Musc. 104.) atque *ligamenti tibiae fibulaeque superioris* (υ.) insertiones excipiens.

26. Facies articularis tibiae, retrorsum declivis.

Y. Fibula.

53. Ossiculum plantae pedis, in tendine musculi *tibialis postici* (Musc. 119.) inclusum et ad astragali tuber, (fig. 18. pedis post. sinistr. 41.) *ligamenti capsularis* laxioris ope, appositum.

π. Ligamentum genu laterale internum.

σ. Ligamentum poplitis cruciatum externum, femur inter tibiamque et fibulam commune.

ψ. ψ. ψ. ψ. Ligamenta quatuor metatarsoidea transversa, quorum exterius ad tarsi os ultimum, digito minimo substratum, excurrit.

Annon ideo hoc ossiculum potius rudimentum metatarsi *nominandum sit, videant alii; quandoquidem in explicandis abbreviatis quibuslibet et infra perfectam fabricam subsidentibus meris inchoamentis, magnus ubique campus opinionum fluctuationi patet.*

EXPLICATIO TABULAE NONAE.

Cranii *et* capitis ossei *partes in syntaxi, integrae, vel sectae; e testudine femina; magnitudine naturali; sola fig. 29. duplo majore.*

Quae vero omnes figurae, quoniam et subtilitate et, ad iconum harmoniam perquam necessario, nitore suo recusabant notas, explicationis causa inscribendas, linearibus figuris adjectis explanandae erant. Quas, magnitudine numeroque quantum idoneum videbatur auctas, ad sequentes tabulas X. XI. XII. ablegatas vide.

FIGURA 24.

Caput a latere, absque maxilla inferiore.

Siglis adpositis explicatur Tab. X. fig. 24A. et 24B.

FIGURA 25.

Idem caput ab inferiore.

Singularum partium explicationem vide Tab. X. fig. 25A. et 25B.

FIGURA 26.

Caput idem superne; notis adscriptis explicatum. Tab. X. fig. 26.

FIGURA 27.

Ejusdem capitis effigies a tergo; quam explicatam vide Tab. X. fig. 27A. et Tab. XI. fig. 27B.

FIGURA 28.

Segmentum capitis et duarum primarum colli vertebrarum; sectione verticali in longitudinem per medias partes tali modo ducta, ut, sinistro ablato, dextrum dimidium ab interno latere compareat.

Siglis adscriptis explicatur Tab. XI. fig. 28A. et 28B.

FIGURA 29.

Segmentum capitis, regionem organi auditus exhibens; eodem situ ac fig. praecedens, sed diametro bis aucto.

Ossium partes labyrinthum includentes effractae passim, ut interiora pateant.

Explicationem suam haec figura habet Tab. XI. fig. 29.

FIGURA 30.

Segmentum capitis, sectione ad horizontem per medium circiter cranium ducta. Vide sectionis hujus lineam punctim indicatam. Tab. X. fig. 24A. fig. 27.A., et Tab. XI. fig. 28A. Tab. XII. fig. 32A. et 33A. sigl. I.... II.

Basin cranii finitimasque partes superne conspicuas exponit haec icon; explicatur vero notis adscriptis Tab. XI. fig. 30A. et 30B.

FIGURA 31.

Ejusdem capitis secti alterum dimidium, fornicem calvariae reclinatum exhibens ab inferiore.

Quam figuram explicatam habes Tab. XII. fig. 31A. et 31B.

FIGURA 32.

Capitis segmentum aliud; verticali sectione transversim per mediam calvariam instituta; ad lineam III.... IV. fig. 24A. 25A. et 26. Tab. X. fig. 28A. et 30A. Tab. XI. fig. 31A. Tab. XII.

Dimidium capitis anterius refert a posteriore parte inspiciendum. (Posterius cranii dimidium, ex eadem sectione residuum, vide infra fig. 33.)

Explicatio hujus figurae ad Tab. XII. fig. 32A. et 32B. subjuncta est.

FIGURA 32^a.

Idem capitis segmentum, eodem situ, cartilaginem interorbitalem adjectam gerens, quae a praecedente figura, nuda ossa exhibente, abest.

Reliqua lineis extremis solis adumbrata sunt.

Explanantur vero haec Tab. XII. fig. 32^C.

FIGURA 33.

Segmentum, figurae 32. complementum faciens, utpote cujus posterius ostendat dimidium; eo tamen positu, ut a fronte conspiciatur atque sectionis locus iisdem partibus scissis, quas fig. 32. habet, respondeat. Quodsi haec non ad amussim congruere videantur, computandum erit, ipsa sectione ac radente instrumento leve quoddam ossis stratum, quod igitur ex alterutra parte nobis deest, absumi debuisse. Sed haec, ut magnitudine partium naturali servata vix adparent, ita apud lineares figuras, mox tabulis sequentibus subjungendas, ob cunctarum rerum proportionem auctam, paullo magis eminent. Quod, ne errorem subrepsisse credas, indicasse sufficiat.

Ceterum siglis appositis haec explicantur Tab. XII. fig. 33^A. et 33^B.

EXPLICATIO TABULAE DECIMAE.

Haec et quae eam sequuntur tabulae duae, CAPITIS *partibus interpretandis dicatae sunt.*

Ad quam explicationem apertiorem reddendam, quae ad Tab^ae. IX. icones spectant figurae altero tanto aucta proportione et, ut absque confusione exciperent copiosas notas inscribendas, duplici passim exemplo delineatae sunt.

Ipsa sigla vero, aliis figuris, ad singula quae caput constituunt ossa indicanda, aliis, ad horum partes memorabiles, foramina, canales, foveas, cava notanda faciunt.

Atque quidem diversissimis hisce, quo melius undique conferri possint et mutuam sibi opem ferant, per omnem harum tabularum seriem, constans ea lex est facta, ut

Singula ossa litteris romanis, cursivis, ut ajunt typographi; (*a. b. c.*)

Suturae et sectae ossium partes, antiquis majusculis typographorum; (A. B. C.)

Memorabiles ossium partes et processus, notis arithmeticis arabicis; (1. 2. 3.)

Foramina, sulci, canales, litteris graecis vulgaribus; (α. β. γ.)

Cava majora capitis, graecis majusculis vel rossicis; (Б. Г. Δ.)

Sectionum demum institutarum via, lineis punctim ductis et notis arithmeticis romanis (*I. II.*)

indicarentur.

Ceterum quominus notae, justo numerosiores in unum locum congestae, confunderentur, distributa earundem parte ad alterius lateris ossa paria, quantum licuit, cautum est.

Ex utroque igitur capitis latere sigla lectori passim colligenda erunt.

FIGURAE $24^{A.}$ et $24^{B.}$

Ad explicandam fig. 24. Tabulae praecedentis faciunt.

Figura $24^{A.}$ *Ossium, quae caput componunt notas gerit.*

Eadem ossa, sejuncta, iisdem notis exstructa, infra Tab. XIII. exponuntur.

a. Pars basilaris occipitis; impar os.

b. b'. Arcus occipitis, seu pars lateralis.

b'. Ubi arcus ad cristam occipitis assurgit.

c. Cristae occipitis os; impar.

f Processus pterygoideus ossis sphenoidei, a basilari hujus parte sejunctus.

g. g'. ·g. Pars tympanica ossis temporum; processu articulari exstructa.

g'. Eadem ad processum mastoideum vergens.

·g. Eadem in cavum tympani demissa.

h. Pars mastoidea ossis temporum.

i. Os zygomaticum posterius.

k. k'. Os zygomaticum anterius.

k'. Ubi ad orbitam et palatum excurrit.

l. Os zygomaticum medium.

m. m'. Os parietale; *m.* Extrorsum ad verticem.

m'. Ad fossam temporalem et pterygoideam.

n. n'. Os palatinum.

n'. Facies ad orbitam.

p. p'. p''. Os supramaxillare; *p.* ad malam.

p'. Ad orbitam.

p''. Ad palatum faciens.

q. Os incisivum.

r. Os pterygoideum, a processu pterygoideo sejunctum.

s. s'. Os ethmoideum laterale; *s.* ubi ad frontem excurrit.

s'. Ubi ad orbitam descendit.

t. t'. Os frontis.

t'. Ad orbitam spectans.

u. Alae ossis sphenoidei pars in fossa temporali conspicua.

W. Sutura lambdoidea; cristam occipitis inter et os parietale.

X. Sutura coronaria, os frontis jungens parietali.

* Stapes, in tympano eminens.

I. . . . IV. Lineae, punctim ductae, cranii sectiones indicantes, quarum ope segmenta, figuris 30. 31. 32. 33. Tabulae IX. substrata, facta sunt.

I. . . . II. Linea, sectionis ad horizontem institutae monstrans decursum. Ad figuras 30 et 31. pertinet; quae nimirum partes supra lineam positae comparent, eae in segmento figurae 31., mutato tamen segmenti situ, veniunt; contra, quae infra lineam cadunt, ad figuram 30. sunt distributa.

III. . . . IV. Sectionis verticalis linea, ad figg. 32 et 33. ita referenda, ut quae ante lineam collocantur in segmento anteriore, fig. 32., redeant; quae vero pone hanc lineam conspiciuntur partes, eas figura 33. habeat.

Figura $24^{B.}$ *Capitis ejusque ossium partes, notatu prae ceteris dignas, exhibet.*

Γ. Orbita et hiatus medius inter utramque; *cartilaginoso* alias *septo* exstructus, quod a latere monstrat Tabulae XII. fig. 3. *aa. bb.* et a tergo fig. $32^{C.}$ *NB.*

Θ. Cavum tympani, cum sinu mastoidei processus confluens; patens etiam tubae accedenti et ossiculum auditus (*stapedem*) transmittens.

Λ. Fossa temporalis; qua musculus *temporalis* (Musc. 1.) excipitur.

Π. Fossa pterygoidea, unde musculus *pterygoideus*. (Musc. 2.)

6. Apex styli stapedis, tympano figendus.

7. 7. Crista occipitis; ubi inseruntur *ligamentum nuchae* (Tab. VI. fig. 17. β.) et musculi *temporalis*, (Musc. 1.) *latissimus colli*, (Musc. 21.) *splenius capitis*; (Musc. 23.) et *biventer cervicis*. (Musc. 24.)

8. 8. 8. Crista temporalis; *biventeris musculi cervicis* (Musc. 24.) et *temporalis* (Musc. 1.) insertiones excipiens.

9. Processus condyloideus occipitis; trinodis; foveola media exstructus, cui *ligamentum ossis odontoidei ad occiput* affigitur.

10. Processus mastoideus; cui adhaerent: *ligamentum suspensorium hyoidis* (cf. Tab. VIII. fig. 18. α. et Tab. XIII. fig. 42. α.) atque musculi *latissimus colli*, (Musc. 21.) *trachelomastoideus*, (Musc. 26.) *sternomastoideus*, (Musc. 22.) *digastricus maxillae*, (Musc. 3.) *dilatator tubae*. (Musc. 4.)

11. Processus articularis ossis temporum; *ligamento capsulari* maxillae cinctus, accedentibus fortioribus fibris lateralibus.

12. 12.... Margo orbitae.

13. Narium ostii externi margo.

14. 14. Margo acutus maxillae superioris, *corneo indumento* vestiendus, quod Tab. XIII. fig. 43. a latere comparet.

α. Foramen palatino nasale; *nervum* e secundo ramo quinti paris *nasalem* transmittens, *arteria* socia.

β. Foramellum zygomaticum, *nervulum* e secundo ramo quinti paris ducit, *subcutaneo malae* comparabilem.

γ. Ostium ductus carotici externi, ad fossam temporalem hians. *Arteriam carotidem externam* emittit. Initium hujus ductus vide fig. $25^{B.}$ γ.; exitum superne habet fig. 26. γ., decurrentem ductum divisum Tab. XII. fig. $31^{B.}$ γ.

δ. Semicanalis e cavo tympani ad antivestibulum. *Stapedem*, e tympani cavo ad fenestram ovatam tendentem, vehit et in capite non macerato, membranae accedentis ope, parietes usquequaque clausos habet; ut stapedi peculiare atque sejunctum loculamentum sit suum.

ε. Sulcus pone tympanicam partem ossis temporum; *tubam* excipiens.

FIGURAE $25^{A.}$ $25^{B.}$

Figurae 25. Tabul. IX. explanandae pertinent.

FIGURA $25^{A.}$ Ossa capitis in syntaxi, ab inferiore.

a. Occipitis pars basilaris; impar.

b'. Pars lateralis, seu arcus, occipitis, ad cristam vergens.

c. Os cristae occipitis, impar.

d. d.''' Os petrosum.

d.''' Squamula, ad canalis carotici introitum.

e. Sphenoideum basilare, impar.

f. f.' f.'' F.' Pars pterygoidea sphenoidei.

f.' Ad processum articularem ossis tympanici faciens.

f.'' Spinae ad foraminis jugularis marginem.

F.' Ubi socio nectitur; suturae mediae ope.

g. g'. g''. ·g. Pars tympanica ossis temporum.

g.' Ubi ad processum mastoideum excurrit.

g''. Ubi ad zygoma pergit.

·g. In cavo tympani.

h. Pars mastoidea ossis temporum.

i. i'. Pars posterior ossis zygomatici.

i' Ubi ad fossam temporalem spectat.

k. k'. Pars anterior ossis zygomatici.

k'. Ad orbitam et palatum excurrens.

l.' l.'' Os zygomaticum medium. *l'.* Qua parte ad orbitam producitur.

l.'' Temporalem fossam versus.

m'. Os parietale, in fossa temporali.

n. Os palatinum.

o. o.'' Os vomeris, impar.

o.'' Palatina pars ad choanas.

p.'' Os supramaxillare, palatum versus.

q. q.' Q. Os incisivum.

q'. Ad palatum porrectum.

Q. Ubi, intercedente sutura, socio conjungitur.

s.' s.'' Ossis ethmoidei lateralis partes. *s'.* Orbitalis pars, per foramen palatinum aliquantulum innotescens.

s.'' Eadem ad naris cavum pergens, in choanis conspicua.

t'. Exigua ossis frontis pars, ad orbitam faciens, per foraminis palatini hiatum adparet.

III....IV. Linea sectionis verticalis (fig. $24^{A.}$ *III....IV.*) ad inferiora usque productae; qua, quid ad segmentum anterius (fig. 32.) vel posterius (fig. 33.) cadat, declaratur.

FIGURA $25^{B.}$ Ejusdem capitis partes memorabiles.

Γ. Orbitae pars. (fig. $24^{B.}$)

Θ. Cavum tympani. (ibid.)

Λ. Fossae temporalis regio. (ibid.)

Ξ. Choanae. Vomeris osse dirimuntur.

Υ. Antivestibulum; cavum tympani inter et labyrinthum positum; capite macerato foramini lacero (*ι*) confluens et ultimam *stapedis* partem (4. 5.) transmittens.

Effractis sinistrorsum nonnullis partibus, ad os occipitis (*a. b.*) petrosum (*d.'''*) et pterygoideum sphenoidei (*f.''*) pertinentibus, omnis hic recessus patet atque numerosos, quos excipit, canales aperit.

Quarum omnium rerum ratio ad integri capitis partes facile conferri poterit, dextro hujus figurae latere penitus intacto.

4. 5. 6. Stapes.

4. Basis, fenestrae ovatae imposita; (latere sinistro.)

5. Stylus, per antivestibulum porrectus, dextro latere indicatus, ubi passim delitescit sub spinis osseis partis pterygoideae. Sinistro latere omni suo decursu in conspectu est.

6. Apex, in tympani cavo.

7. Crista occipitis. (cf. fig. $24^{B.}$)

9. Condylus occipitis. (ibid.)

10. Processus mastoideus. (ibid.)

11. Processus articularis ossis temporum.

12. Margo arbitae, ossi zygomatico medio pertinens. (*l'* fig. $25^{A.}$)

14. Margo acutus maxillae superioris; exstans prae palato. (fig. $24^{B.}$)

15. Margo narium ostii posterioris; maxima parte ossis vomeris.

α. Foramen palatino-nasale ad choanas emergens. (fig. $24^{B.}$)

β. Foramen zygomaticum in fossa temporali conspicuum. (ibid.)

γ. Ductus carotidis externae origo in antivestibulo; exitum ad fossam temporalem vide figg. $24^{B.}$ et 26.

δ. Semicanalis ad antivestibulum *stapedem* gerens. (cf. fig. $24^{B.}$)

ε. Sulcus, *tubae* excipiendae dicatus, retro partem tympanicam, in solo dextro latere notatus.

ζ. Foramen incisivum; *arteriam e palatina* oriundam vehens.

η. Foramen palatinum posterius; *nervum palatinum*, e quinto pari, *arteriam venamque* transmittens.

ϑ. Foramen palatinum succedaneum, inconstans; *nervi palatini* ramum ducens.

ι. Foramen lacerum, macerato cranio antivestibulo conveniens.

Ducit *nervum durum*, ad stapedis posteriorem marginem exeuntem; *venam jugularem internam*, e sinu cavernoso oriundam; *arteriam carotidem externam*, ex antivestibulo per carotidis ductum ad fossam temporalem assurgentem (cf. γ. supra) et *nervulos tres* vasis socios.

κ. Foramellum *nervum glossopharyngeum* ex antivestibulo educens.

Ejusdem nervi, e vestibulo ad antivestibulum emergentis, canalem hiantem vide sinistrorsum litt. μμ. (cf. Tab. XI. fig. 28$^{B.}$ ψ.)

λ. Excisus ad basin et arcum occipitis locus, *cartilagine* expletus in os mutanda.

μ. Foramen jugulare posterius, seu ostium externum canalis *nervum vagum* et *accessorium* ducentis. Interius, ad cavum cranii penetrans, hujus canalis ostium vide in sinistro latere αα. et infra Tab. XI fig. 28$^{B.}$ αα.

ν. ξ. Foramen condyloideum duplex, duplici *nervi hypoglossi* radici pervium. (ibid. ν. ξ.)

ο. Foramen magnum occipitis; per quod *medulla spinalis, arteria basilaris* et *sinus cerebri occipitalis venosus*, medullam cingens, permeant.

ρ. (sinistrorsum) Sinus cavernosi canalis, per partem pterygoideam ad cranium vergens. Educit *venam jugularem internam*, cum *nervo duro;* ceterum in interioribus decurrentem habet ramum petrosum *nervi Vidiani* ad durum. Quibus ulterius explicandis pertinent Tab. XI. fig. *C.* et *D.* ρρ. † σσ.

αα. Foramen internum *nervi vagi* et *accessorii;* quod in cavo cranii vide fig. 28^{B} Tab. XI.

δδ. Canalis carotici ostium externum; retro spinas partis pterygoideae in dextro latere comparet. Sinistra capitis parte, excisis illis spinis, continuatus canalis caroticus eodem siglo indicatur.

Gerit autem hic canalis *arteriam carotidem cerebralem*, ad sellam turcicam assurgentem (ubi emergit fig. 28$^{B.}$ Tab. XI. litt. ω.) atque ramum *nervi Vidiani* ad intercostalem. Ad cujus nervi cursum explicandum faciunt Tab. XI. figg. *C. D.* et fig. 30$^{B.}$

ϑϑ. Fovea articularis, in processu articulari ossis tympanici; *maxillam inferiorem* excipiens.

ιι. Ubi ad fenestram ovatam obturandam accedit stapedis basis; quam in vestibuli cavo monstrat fig. 29. not. 4. Tab. XI.

μμ. Foramellum *nervum glossopharyngeum* e vestibulo educens. Cui nervo pertinent alia praeterea duo foramina; alterum in cavo cranii conspicuum, quod vestibulo tradit eundem; (Tab. XI. fig. 28^{B} ψ) alterum ad basin capitis ablegatum, quod emittendo demum nervo inservit; vide supra lit. κ. (cf. et Tab. XI. fig. 29. μμ.)

νν. ξξ. Foramina exigua ad vestibulum hiantia; *vasa* ducunt huic pertinentia.

ππ. Incisura cervicalis occipitis, ad basin cristae. *Nervum cervicalem primum* educit.

ρρ. ρρ. Foramella partis pterygoideae, ramis *nasalibus posterioribus e Vidiano* et *arteriolis* e carotide cerebrali pervia.

ωω. Fovea basilaris occipitis; cui inseruntur musculi *retrahens capitis et colli;* (Musc. 27.) *longus colli* (Musc. 28.) et *rectus capitis anterior minor.* (Musc. 30).

FIGURA 26.

Caput superne visum; (ad explicandam fig. 26. Tab. IX.)

b'. Arcus occipitis ad cristam vergens.

c. c. Os cristae occipitis.

d. Os petrosum in fossa temporali conspicuum.

g. g.'' Os tympanicum. *g.* Processus articularis paullo innotescens.

g.'' Ubi os tympanic. ad zygoma tendit.

h. Os mastoideum.

i. i'. Os zygomaticum posterius.

i'. Ubi ad fossam temporalem spectat.

k. k'. Os zygomaticum anterius.

k'. Qua parte ad orbitam et palatum deflectit.

l. Os zygomaticum medium.

m. M'. Os parietale.

M'. Sutura media inter utrumque parietale.

n'. Ossis palatini facies orbitalis aliquantulum adparens.

p. p'. Os supramaxillare; p. extrorsum ad faciem.

p'. Idem ad orbitam.

q.'' Q. Os incisivum; *q.''* in cavo narium.

Q. Ubi, intercedente sutura, socio nectitur.

s. S. Os ethmoideum laterale.

S. Ubi suturae ope cum socio coit.

t. T. Os frontis.

T. Sutura frontalis, media inter utrumque os frontis.

u. Ala sphenoidei, ad fossam temporalem faciens.

W. Sutura lambdoidea, quae dirimit os occipitis ab osse parietali.

X. Sutura coronaria, ossa frontis inter et parietalia.

Γ. Orbita. (fig. $24^{B.}$)

Δ. Narium cavum. (cf. T. XI. fig. $28^{B.}$ a latere.)

Λ. Fossa temporalis. (fig. $24^{B.}$)

7. Crista occipitis.

8. 8. Crista temporalis, (ibid.) altero extremo ad processum mastoideum, ad cristam occipitis altero desinens.

10. Processus mastoideus. (ibid.)

11. Processus articularis ossis temporum. (ibid.)

12. 12. Margo orbitae.

13. Narium ostii extremus margo.

β. Foramen zygomaticum. (ibid.)

γ. Ductus carotidis externae ostium superius, ad fossam temporalem hians. (ibid.)

η. Foraminis palatini posterioris margo in orbita conspicuus. (vide fig. $25^{B.}$)

III....IV. Sectionis verticalis linea; eadem quae figg. $24^{A.}$ et $25^{A.}$ eandem notam gerit.

Dirimit haec linea segmenti capitis anterioris partes (fig. 32. Tab. IX. et XII.) a partibus segmenti posterioris. (fig. 33. ibid.)

FIGURA $27^{A.}$

Capitis a tergo visi (Tab. IX. fig. 27.) explanatio.

a. Basis occipitis.

b. b.' Arcus occipitis.

b.' Idem ad cristae occipitis os assurgens.

c. c.' Os cristae occipitis.

c.' Ubi, in cavo cranii, ad organon auditus facit.

d. d.'' d.''' Os petrosum.

d.'' In cavo cranii comparens, ubi organon auditus tegit. (cf. Tab. XI. figuram $28^{A.}$ *c.' d.''* apertius haec declarantem.

d.''' Ossis petrosi squamula, ad basin cranii.

e.' Basis sphenoidei, clivum in cavo cranii efficiens.

f.' f.'' Pars pterygoidea sphenoidei, ad processum articularem ossis tympanici porrecta.

f.'' Ejusdem ossis spinae ante foramen lacerum.

g. g.' ·g. Pars tympanica. *g.* Processus articularis.

g.' Ubi ad processum mastoideum excurrit.

·g. Idem os in tympani cavo.

h. Pars mastoidea ossis temporum.

i.' Pars ossis zygomatici posterioris, ad fossam temporalem spectans.

l.'' Os zygomaticum medium eandem fossam temporalem versus.

m. m.' M' Os parietale. *m.* Extrorsum ad verticem.

m.' In fossa temporali.

M' Sutura media sagittali adjuvante, pari ossi nexum.

* Stapes, in antivestibulo excurrens; qualis per foramen lacerum conspicitur.

I.... II. Sectionis capitis, ad horizontem factae, linea quam figura $24^{A.}$ habet.

Quae supra hanc lineam assurgunt partes, eae in segmento figurae 31. Tab. IX. et XII. veniunt; quae infra lineam, segmento fig. 30. Tab. IX. et XI. pertinent.

EXPLICATIO TABULAE UNDECIMAE.

FIGURA $27^{B.}$

CAPUT *a tergo ad monstrandas partes ossium memorabiles, canales, foramina, cet: Figuram 27. Tab. IX. explicandam attinet.*

Λ. Fossa temporalis. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)

Θ. Cavum tympani. (ibid.)

Υ. Antivestibulum, per foramen lacerum visum; *stapedem* transversim traductum habens. (Tab. X. fig. $25^{B.}$)

5. Stapedis stylus. (ibid.)

7. Crista occipitis. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)

8. Crista temporalis. (ibid.)

9. Condylus occipitis, trinodis. (ibid.)

10. Processus mastoideus. (ibid.)

11. Processus articularis ossis temporum maxillae inferiori excipiendae aptatus. (ibid.)

β. Foramen zygomaticum. (ibid.)

ι. Foramen lacerum. (T. X. fig. $25^{B.}$)

κ. Foramellum *nervum glossopharyngeum* ducens. (ibid.)

λ. Excisus ad basin occipitis locus, cartilagine expletus in os mutari prona. (ibid.)

μ. Foramen *nervum vagum* et *accessorium* educens. (ibid.)

ν. ξ. Duplex foramellum, nervo *Hypoglosso* exeunti pervium. (ibid.)

ο. Foramen magnum occipitis. (ibid.)

χ. Hiatus, os occipitis inter et petrosum atque alam sphenoidei; *cartilagine*, serius in os indurescente, occlusus.

Quem locum melius declarabit mox fig. $28^{B.}$ χ.

δδ. Canalis carotici ostium externum. (Tab. X. fig. $25^{B.}$)

ηη. Fovea condyli occipitis, cui inseritur *ligamentum* os odontoideum firmans.

$\vartheta\vartheta$. Fovea articularis ginglymoides processui articulari partis tympanicae impressa. (Tab. X. fig. 25^{B}.)

$\psi\psi$. Rima nasalis; media inter ossa ethmoidea lateralia; *cartilaginem mediam orbitae* ad nares traducit; et paullo supra, *nervum olfactorium* atque *ramum ethmoidalem*, e nervo ophthalmico quinti paris, *vasaque* hisce socia. (Vide mox infra, fig. 28^{B}. *ββ. ττ. υυ.*)

FIGURA 28^{A}.

Cranium, cum primis colli vertebris, sectione verticali ad longitudinem dimidiatum.

Ad explicandam Tabulae IX. fig. 28. pertinens et cavum cranii nariumque a latere monstrans.

A. Ubi os basilare occipitis dissectum est.

B. Sectio eadem continuata per suturam mediam, qua favente ad condylum coëunt partes laterales occipitis.

b'. Pars lateralis occipitis, in cranii cavo visa, ad cristae os assurgens.

C. *c'*. Os cristae occipitis. C. Ubi sectum est medium.

c'. Idem in cavo cranii ad organon auditus descendens.

d. d.'' Os petrosum; *d.* extrorsum ad processum mastoideum.

d.'' Idem in cavo cranii ad organon auditus faciens.

e. e'. e''. E. Os sphenoideum basilare; *e.* extrorsum.

e' Idem in cavo cranii clivum constituens.

e.'' Ubi sellae turcicae foveam impressam habet.

E. Ubi, media capitis linea, dissectum est.

f. f.' f.'' ff. F.' Pars pterygoidea sphenoidei; *f.* extrorsum.

f.' Ubi ad partem tympanicam ossis temporum exporrigitur.

f.'' Spinae ad foraminis laceri regionem exstantes.

ff. ff. Idem os ad foramen sphenoidale et sinum cavernosum faciens. (*π. ϱ.* fig. 28^{B}.)

F. Ubi, suturae ope, hic dissectae, socio ossi pari nectitur.

g. g.'' Pars tympanica. *g.* Processus articularis.

g.'' Idem os ad zygoma deflectens.

h. Pars mastoidea, retrorsum.

i. Ossis zygomatici posterioris ima pars.

k. Os zygomaticum anterius, ab interiore orbitam versus spectante parte, per hiatum interorbitalem inspiciendum.

l.' Ossis zygomatici medii dextri facies orbitalis.

m.''' M'. Os parietale; *m.'''* in cranii cavo.

M'. Idem sectum, ubi ad suturae mediae locum ossi pari apponitur.

n. Ossis palatini facies ad palatum.

o.' o.'' O. Vomer. *o.'* pars nasalis.

o.'' Pars ejusdem palatina; ad choanas.

O. Ubi medium hoc os dissectum.

p.'' p.''' Os supramaxillare; *p.''* facies palatina.

p.''' Idem ad narium cavum.

q. q.' Q. Os incisivum; *q.* antrorsum.

q.' Idem, palatum spectans.

Q. Ubi contiguum ossi pari; sutura intercedente, nunc, sectione facta, soluta.

r.' Ossis pterygoidei exigua pars in cavo cranii, parietale inter et partem pterygoideam sphenoidei adparens.

s. s.' s.'' S.' Ethmoideum laterale; *s.* extrorsum.

s.' Idem, orbitam versus.

s.'' Idem ad cavum narium descendens.

S'. Ubi sectum; ad suturae regionem cum osse pari.

t.' T. Os frontis; t'. deorsum ad orbitam.

T. Sectionis continuatae simul et suturae frontalis locus; medius inter utrumque os frontis.

u'. Ala ossis sphenoidei, in cavo cranii, ad organon auditus faciens.

W. Suturae lambdoideae pars.

X. Sutura coronaria.

1. Corpus Atlantis.

2. Corpus Epistrophei; utrumque scissum.

2* Sectum os odontoideum.

I....II. Sectionis in planum ductae linea, figuris $24^{A.}$ et $27^{A.}$ Tab. X. indicata et segmentis ad figg. 30. et 31. Tab. IX. pertinentibus substrata.

III....IV. Sectionis verticalis linea continuata; ad figuras $24^{A.}$ et $26^{A.}$ Tab. X. respondens. Segmenta figurarum 32. et 33. Tab. IX. attingit.

FIGURA $28^{B.}$

Ejusdem segmenti partes prae caeteris notabiles.

Γ. Hiatus medius inter orbitas.

Δ. Cavum narium.

Ξ. Choanae, juxta vomeris os. (cf. Tab. X. fig. $25^{B.}$)

Φ. Sella turcica excipiens cerebri *hypophysin.* (Eandem superne vide fig. $30^{B.}$ Φ.)

Ω. Ω. Calvariae cavum superius; infra verticis fornicem, crista occipitis et ossibus parietalibus contiguatum. (cf. Tab. XII. figg. $31^{B.}$ et $32^{B.}$ Ω.)

7. Occipitis crista extrema. (fig. $24^{B.}$ Tab. X.)

9. Processus condyloideus occipitis. (ibid.)

11. Processus articularis partis tympanicae. (ibid.)

12. Margo orbitae dextrae.

13. Narium ostii externi margo.

14. Margo acutus maxillae superioris, capite integro, corneo indumento vestitus.

15. Margo ostii narium posterioris, ad choanas.

16. Processus clinoideus, a parte basilari ossis sphenoidei supra sellam turcicam eminens. (cf. fig. $30^{B.}$ 16.)

17. Apex partis basilaris sphenoidei; ubi cartilago interorbitalis figitur. (ibid. 17.)

α. Foramen palatino-nasale. (cf. Tab. X. figg. $24^{B.}$ et $25^{B.}$)

ε. Sulcus *tubae Eustachianae* excipiendae addictus; retro processum articularem ossis temporum. (fig. $27^{B.}$)

ζ. Foramen incisivum. (fig. $25^{B.}$ Tab. X.

η. Foramen palatinum posterius. (ibid.)

ν. ξ. Duplex foramen *nervi hypoglossi*, in cranio adparens. Eadem extrorsum vide Tab. X. fig. $25^{B.}$

π. Foramen sphenoidale; os parietale inter et partem pterygoideam sphenoidei. *Nervi quinti paris* ramum secundum et tertium cum ramo *carotidis cerebralis* e cranio educens.

ϱ. Ubi sinus cavernosi canalis versus foramen lacerum tendit; cujus canalis accuratius indicandi causa adjectae sunt infra figurae *C.* et *D.*, quas vide.

σ. Foramen per alam sphenoidei ad sinus cavernosi canalem perforatum; *nervum durum* transmittens, qui, absoluto per hunc canalem cursu, ad foramen lacerum, retro stapedem, emergit. (Vide supra Tab. X. fig. $25^{B.}$ ϱ.)

τ. υ. Foramina duo (interdum tria) acustica, ad sphenoidei alam. *Nervi acustici* ramos organo auditus transmittunt.

φ. Foramellum vagum in osse cristae occipitis; *vasi* ad tentorium cerebelli respondenti pervium.

χ. Hiatus cristam occipitis inter et alam sphenoidei atque os petrosum. (cf. fig. $28^{A.}$ *c.' u.' d.''*) *Cartilagine* obturatur, sensim in os vertenda.

ψ. Foramella duo (aliis unicum, paullo majus) petroso in osse; quorum praecipuum *nervum glossopharyngeum* in vestibulum trajicit, ut, hoc relicto demum atque organo auditus prorsus neglecto, ad foraminis laceri regionem deorsum penetret. (Vide supra Tab. X. fig. $25^{B.}$ $\varkappa$. $\mu\mu$.)

ω. Ubi canalis caroticus, ad sellam turcicam hians, *carotidem cerebralem* in cavum cranii emittit. Originem hujus canalis vide Tab. X. fig. $25^{B.}$ $\delta\delta$. dextr.

$\alpha\alpha$. Foraminis jugularis posterioris ostium internum, in cavo cranii adparens. *Nervum vagum* et *accessorium* educendos excipit, quorum canalem ad basin cranii, retro foramen lacerum, emergentem vide Tab. X. ibid. lit. μ.

$\beta\beta$. Canalis nervi olfactorii, infra ossa frontis et ethmoidea ad frontem coëuntia, versus narium cavum hians. *Nervum olfactorium* et *vasa* huic socia ducit. cf. Tab. XII. fig. $32^{B.}$ $\beta\beta$. et fig. $32^{C.}$ ϑ.

$\gamma\gamma$. Foramellum clivum baseos sphenoidei perforans; *nervum sexti paris* ad sellae turcicae regionem trajiciens.

Superne melius adparet hoc foramen, fig. $30^{B.}$ et fig. *D*. $\gamma\gamma$.

$\delta\delta$. Ubi canalis carotici ostium externum. (Tab. X. fig. $25^{B.}$ dextrorsum, $\delta\delta$.)

$\pi\pi$. Incisura cervicalis occipitis; *nervum cervicalem primum* et *sinum occipitalem venosum* e cranio emittit.

$\varrho\varrho$. Foramellum ad posteriorem regionem partis pterygoideae ossis sphenoidei hians; *vasculi* surculum e carotide interna, per vicinum canalem caroticum assurgente, et *nervi filamentum* (*nasalem* scil. *ramum posteriorem e Vidiano*) ducens.

Aliud hujus generis foramen (solent enim plura, nec constanti numero et paullo variabili loco, venire) vide supra fig. $25^{B.}$ Tab. X. $\varrho\varrho$. $\varrho\varrho$.

$\tau\tau$. Sulcus leviter impressus ossi ethmoideo, qua parte hoc ad rimam nasalem spectat. *Ramum ethmoidalem* ex ophthalmico nervo quinti paris, cum *vasis* ex orbita ad narium cavum transvehit.

$\upsilon\upsilon$. Sulcus vomeri insculptus; rimae nasalis imam partem constituens; qua via *cartilago interorbitalis* ad septum medium narium continuatur.

$\varphi\varphi$. Foramellum ad ossis supramaxillaris interiora penetrans; surculum e *nervo nasali*, a secundo ramo quinti paris, ducens.

$\chi\chi$. Sulcus maxillo-palatinus; *corneum* maxillae superioris *indumentum* excipiens.

F I G U R A 29.

Ejusdem segmenti pars posterior, ad explicandam Tabulae IX. fig. 29.

ν. ξ. π. ϱ. σ. τ. ω. $\alpha\alpha$. $\gamma\gamma$. Eadem significant ac in praecedente figura $28^{B.}$

Quae vero ibi sigla υ. φ. χ. ψ. gerebant osseae partes, eae hic excisae sunt, ut vestibuli et labyrinthi ossei ratio compareat.

π. Cavum vestibuli lateris dextri; effractis ab interiore ossibus, apertum. *Vestibuli saccum* et *alveum communem* canalium semicircularium fovens.

1. Columella vestibuli anterior, circa quam *canalis semicircularis anterior* circumducitur. Utroque enim extremo haec columella defixa et ossibus finitimis concreta est; medio vero suo distat ab iis, atque igitur viam aliquam, inter se ac ossa extrorsum circumposita, liberam relinquit, qua, veluti per osseum canalem, membranaceus labyrinthi tubus (semicircularis scilicet canalis anterior) assurgit.

Et haec fabrica in reliquis etiam columellis obtinet.

2. Columella posterior; quam *canalis semicircularis posterior* ambit.

3. Columella inferior, seu media; *canalem semicircularum horizontalem* circumductum habens; incumbentem vero ab interno latere *alveum* canalium semicircularium communem et canalis semicircularis anterioris atque posterioris *crus commune*, ad alveum rediens.

4. Stapedis basis in fenestrae ovatae hiatu. (Universum stapedem in situ exhibet Tab. X. fig. $25^{B.}$)

$\varkappa\varkappa$. Fovea vestibuli anterior, major; *ampullulas* canalis semicircularis *anterioris* et *horizontalis* excipit.

$\lambda\lambda$. Fovea vestibuli posterior, minor; ubi *ampulla* canalis semicirc. *posterioris* collocatur.

$\mu\mu$. Foramellum in vestibulo supra et retro fenestram ovatam, partem petrosam perforans; *nervum glossopharyngeum* ad basin cranii educens. (cf. fig. 28^{B}. ψ. et Tab. X. fig. 25^{B}. $\mu\mu$. $\varkappa$.)

$\nu\nu$. $\xi\xi$. Foramina pervia venis, e vestibulo ad foramen jugulare transeuntibus, ubi in venam jugularem incidunt. (cf. Tab. X. fig. 25^{B}. $\nu\nu$. $\xi\xi$.)

oo. Recessus vestibuli superior ad quem conveniunt canalis semicircularis anterior et posterior.

Quibus videlicet canalibus, ut summatim praecipiam quae alio loco fusius exponenda erunt, haec initur via:

Canalis semicircularis anterior, *ex ampulla sua, anteriori vestibuli foveae insidente* ($\varkappa\varkappa$.) *juxta columellae anterioris* (1.) *externum latus assurgit in recessum vestibuli superiorem,* (oo.) *ibique excipit canalem semicircul.* posteriorem, *ab ampulla, foveam vestibuli posteriorem* ($\lambda\lambda$.) *tenente, oriundum atque ad latus externum columellae posterioris* (2.) *ascendentem. Junctim ab hinc et in commune crus conflatus uterque canalis e recessu vestibuli superiore ad internum columellae inferioris latus descendit alveumque vestibuli adit. Quod demum canalem semicircul.* horizontalem *attinet, seorsim decurrentem, hujus ampullula pariter in fovea vestibuli anteriore* ($\varkappa\varkappa$.) *posita, crus alterum tradit canali suo circa columellam inferiorem* (3.) *ita ad horizontem circumducto, ut e foveae vestibuli posterioris* ($\lambda\lambda$.) *regione reflectatur introrsum in eundem alveum communem, columellas inter et fenestram ovatam collocatum.*

FIGURAE 30^{A} et 30^{B}.

Basis cranii cum segmento capitis inferiore, superne viso; quibus linearibus figuris explicatur Tabulae IX. figura 30.

FIGURA 30^{A}. Ossium syntaxin exponit.

a.' Occipitis pars basilaris, in cranii cavo.

b. B. Pars lateralis occipitis.

B. Ubi dissecta est.

d.' d.'' D. Os petrosum; *d.'* in cavo vestibuli.

d.'' Lamina interna, ad cavum cranii et organon auditus faciens.

D. Sectionis locus.

e.' e.'' Pars basilaris sphenoidei, in cavo cranii.

e.' Ad clivum faciens. Antrorsum processibus clinoideis exstructa. (cf. fig. 30^{B}. 16.)

e.'' Eadem ad sellam turcicam.

Seorsim et apertius, eodemque situ, hoc os, cum pterygoidea parte appensa, comparet figuris juxta positis *C.* et *D.*

f. f.''' ff. Pars pterygoidea sphenoidei; *f.* in fossa pterygoidea.

f.''' Ad basin cranii cum osse pari conjuncta.

ff. Ubi versus sinum cavernosum et foramen sphenoidale excurrit.

g.'' g.''' ·g. G. G. Pars tympanica ossis temporum; *g.''* ad zygoma vergens.

g.''' Eadem in sinu mastoideo.

·g. In cavo tympani eadem.

G. G. Ubi secta.

h.' H. Pars mastoidea; *h.'* in sinu mastoideo conspicua.

H. Sectionis locus in eodem osse.

i.' I. Os zygomaticum posterius; *i.'* ad fossam temporalem spectans.

I. Ubi sectum, in zygomate.

k.' K. Ossis zygomatici anterioris partes. *k.'* Ad orbitam.

K. Ubi dissectum ad jugum.

L. Os zygomaticum medium, in jugo sectum.

m.″ m.″ M. Os parietale; *m.″* ad foramen sphenoideum faciens.
m.‴ Idem ad cranii latera.
M. Sectionis locus, juxta ossis pterygoidei partem dissectam. (R.)
n.′ Ossis palatini facies, orbitam versus.
o. o.′ Vomeris os. *o.* Quo loco cartilaginem interorbitalem mediam gerit.
o.′ Pars nasalis vomeris.
p. p.′ p.‴ P. Os supramaxillare. *p.* Facies malaris.
p.′ Idem os ad orbitam reflexum.
p.‴ Idem in narium cavo.
P. Ubi dissectum, juxta nares.
q.″ Os incisivum, in cavo narium.
r. r.′ R. Os pterygoideum; *r.* in fossa pterygoidea, parti pterygoideae ossis sphenoidei adpositum.
r.′ Idem in cavo cranii, paullo evidens. (cf. fig. $28^{A.}$ *r.′*)
R. Ubi dissectum; simul cum osse parietali. (vide supra M.)
s.′ S. Os ethmoideum; *s.′* ad orbitam vergens.
S. Ubi sectum, orbitam inter et narium cavum.
u.′ u.″ U. Ala sphenoidei; *u.′* ad cranii cavum spectans ibique organon auditus tegens. (cf. fig. $28^{A.}$ *u.′*)
u.″ Idem os, ad labyrinthi cavum.
U. Ubi sectum, retro foramen sphenoidale.
* Stapes, in cavo tympani.
III... IV. Linea sectionis verticalis quae sub iisdem notis redit figg. $24^{A.}$ $25^{A.}$ 26. $28^{A.}$ et $31^{A.}$

Figura $30^{B.}$ *Partes notabiliores ejusdem segmenti.*

Δ. Cavum narium. (fig. $28^{B.}$)
Θ. Tympani cavum. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)
Λ. Fossa temporalis. (ibid.)
Ξ. Choanae. (Tab. X. fig. $25^{B.}$)
Π. Cavum vestibuli. (fig. 29.)
ϖ. Fossa pterygoidea. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)
Σ. Sinus mastoideus, versus finitimum tympani cavum (Θ.) hians.
Φ. Sella turcica. (fig. $28^{B.}$)
Ψ. Clivus.
4. Basis stapedis, fenestram ovatam occludens.
6. Apex stapedis extremus. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)
9. Processus condyloideus occipitis. (ibid.)
16. Processus clinoideus, ante clivum sphenoidei utrinque eminens.
17. Apex partis basilaris sphenoidei tripertitus, *cartilaginis mediae* orbitarum insertionem excipiens.
α. Foramen platino-nasale. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)
δ. Semicanalis ad antivestibulum, *Stapedis* stylum ducens. (ibid.)
ζ. Foramen incisivum. (Tab. X. fig. $25^{B.}$)
η. Foramen palatinum posterius. (ibid.)
ϑ. Foramen palatinum succedaneum. (ibid.)
ν. ξ. Foramina condyloidea. (ibid.)
π. Excisus locus, ubi accedente superiore segmento foramen efficitur sphenoidale. (fig. $28^{B.}$ π.)
ρ. Sinus cavernosi canalis. (cf. fig. *C. D.* ad latus posit.)
σ. Ubi foramen, *nervum durum* e cranio educens, perforat sphenoidei alam, ut canalem sinus cavernosi adeat. (fig. $28^{B.}$ σ.)
τ. Foramen acusticum internum, in alae sphenoideae lamina interna; ad vestibulum hians, *nervique acustici* ramum ducens. (ibid.)

ω. Ubi, sub processus clinoidei radice, canalis carotici ostium ad sellam turcicam aperitur. (ibid.)

αα. Foramen jugulare posterius, in cavo cranii conspicuum. (ibid.)

γγ. Canalis *nervum sexti paris*, per substantiam partis basilaris sphenoidei, ad sellam turcicam traducens. (cf. fig. *C. D.*)

εε. x. †. Ad *nervi Vidiani* canalem.

εε. Ubi retro foramen palatinum posterius (η.) a ramo nervi palatini abscedens *Vidianus*, os pterygoideum inter et sphenoideum basilare, intrat canalem suum.

x. Ubi paullum emergit ex osse, in sinus cavernosi loco.

†. Ubi, continuato cursu iterum osseum ductum adit, sphenoideo basilari et parti pterygoideae sphenoidei interpositum, ut in horum ossium penitioribus ad canalem caroticum deflectat, atque ope novi foraminis, ad sinus cavernosi ductum hiantis (cf. fig. *D. σσ.*) *nervo duro* filamentum distribuat. Quo facto demum, cerebrali carotidi socius, *nervi intercostalis* nomen induit et ad basin cranii evadit per canalis carotici ostium externum. (Tab. X. fig. 25B. δδ.) Ceterum eundo insuper *surculos nasales* posteriores exhibet idem Vidianus, (per foramella ϱϱ. excurrentes) quorum mentio facta est supra apud eand. fig. Tab. X. et Tab. XI. hac, fig. 28B. ϱ.

ζζ. Foramen ad ossis supramaxillaris faciem orbitalem; potiorem *nervi infraorbitalis* ramum excipiens.

ιι. Fenestra ovata, sinistro latere. Limbo cartilagineo cingitur. Ceterum *stapedis basi* excipiendae addicta, quae ex altero latere siglo (4) indicatur.

κκ. Fovea vestibuli anterior. (cf. fig. 29.)

λλ. Fovea vestibuli posterior. (ibid.)

μμ. Foramellum medium, *nervum glossopharyngeum* e vestibulo ad antivestibulum educens. (ibid. et Tab. X. fig. 25B.)

ξξ. Foramellum, vestibulum inter et antivestibulum; *vasa* ducens. (ibid.)

υυ. Sulcus vomeris. (cf. fig. 28B.)

ψψ. Rima nasalis. (fig. 27B.)

x. †. Ad *nervi Vidiani* cursum declarandum pertinent; vide supra εε.

F I G U R A E *. *.

Caput a fronte, maxilla inferiore juncta.

Icon superior magnitudine naturali; inferior diametro duplo aucto.

Figura vicesima sexta caput a fronte, pleniore positu, monstrante, novam hanc, non summae necessitatis, sed supplementi causa, adjungendam putavi; scilicet ne, quae ad aliorum animalium capita paullo commodius conferri possint, neglecta dicas. Ceterum siglis non copiosissimis oneranda erat, cum apud praecedentes figuras cumulate hisce satisfactum esse videretur.

f. Pars pterygoidea sphenoidei, haud procul ab osse sphenoideo. Per orbitae hiatum hic conspicua.

g. g. g.″ Pars tympanica ossis temporum.

g.″ Ubi ad zygoma vergit.

h. Pars mastoidea.

i. i.′ Os zygomaticum posterius; *i.* extrorsum;

i.′ fossam temporalem versus.

k. k.′ Os zygomaticum anterius; *k.* extrorsum in zygomate.

k.′ Ubi ad orbitam spectat.

l. l.′ Os zygomaticum medium; *l.* extrorsum.

l.′ Idem orbitam versus.

m. m.′ Os parietale; *m.* extrorsum, ad verticem.

m.′ Idem ad fossae temporalis latus internum descendens atque foramen sphenoideum ambiens.

n. n.′ Os palatinum; *n.* facies palatina per narium cavum conspicua, retro choanas.

n.′ Ejusdem ossis facies ad orbitam.

o. Os vomeris, mediis naribus.

p.p.' Os supramaxillare; *p.* extrorsum ad malas.

p.' Ad orbitam reflexum.

q. Os incisivum, antrorsum.

s. s.'' Ethmoideum laterale; *s.* extrorsum supra nares.

s.'' Partis orbitalis facies ad narium cavum.

t. Os frontis extrorsum.

z. Maxilla inferior maxime contracta et abbreviata adparens.

FIGURA *A.*

Ossa bina ethmoidea, cum vomere, magnitudine naturali, a fronte visa. (*cf. Tab. XII. fig. 4. ubi a latere veniunt eadem ossa, sub nomine* quartae *cranii vertebrae.*)

s. s. Ethmoidea lateralia.

o. Vomer.

Rima nasalis, media inter tria haec ossa. (cf. fig. $27^{B.}$ *ψψ.*)

FIGURA *B.*

Os occipitis a tergo, magnitudine naturali. Idem os, sub vertebrae primae *capitis significatu, explicatum vide Tab. XII. fig.* 1.

a. Pars basilaris.

b. b. Laterales partes, in arcum assurgentes.

c. Crista occipitis.

Foramina, quibus perforatur, ad fig. $27^{B.}$ supra positam indicantur.

FIGURAE *C.* et *D.*

Ossis sphenoidei basis et pars pterygoidea cum osse pterygoideo; superne. Altero exemplo magnitudinis naturalis; diametro bis aucto, altero.

Ad canalem Vidianum atque sinum cavernosum demonstrandos faciunt; et positu figuris $30^{A.}$ et $30^{B.}$ infra positis respondent.

e. e.' e.''. Os basilare sphenoidei.

e.' Ad clivum.

e.'' Sella turcica.

f. f.' f.'' f.''' Pars pterygoidea sphenoidei.

f. Ubi ad gutturalem regionem descendit.

f.' Processus ad partem articularem ossis tympanici porrectus.

f.'' Spinae ad foraminis jugularis marginem. (cf. Tab. X. fig. $25^{A.}$ *f.''*)

f.''' Qua parte ad basin cranii vergit. (cf. fig. $30^{A.}$ *f.'''*)

r. Os pterygoideum, ad fossam pterygoideam faciens.

π. Incisura, in parte pterygoidea sphenoidei, ad foramen sphenoidale pertinens. (cf. fig. $28^{B.}$ *π.*)

ρ. ρ. Sinus cavernosus ad longitudinem partis pterygoideae cavatus, qua regione haec adponitur ossi basilari sphenoidei finitimo.

σσ. †. Foramina ad canalem Vidianum hiantia.

†. Ubi canalis Vidianus, processum pterygoideum inter et os basilare sphenoidei, viam sibi parat. (cf. fig. $30^{B.}$ *εε.* x. †.)

σσ. Ubi *ramus petrosus nervi Vidiani* egreditur, ut *nervo duro,* per sinum cavernosum decurrenti, conjungatur.

EXPLICATIO TABULAE DUODECIMAE.

FIGURA $31^{A.}$

Capitis *segmentum superius, seu fornix calvariae, situ supino; figuram 31. Tab. IX. illustrans.*

b. B. Pars lateralis occipitis; *b.* cavum cranii versus.

B. Ubi dissecta.

c. c'. Os cristae occipitis.

c.' Ubi ad organon auditus vergit.

d.' d.'' D. Os petrosum; *d.'* in labyrinthi cavo.

d.'' Lamina ad organon auditus contegendum faciens, in cavo cranii conspicua. (cf. Tab. XI. fig. $28^{A.}$ *d.''*)

D. Ubi dissectum.

·g. g.'' g.''' G. Pars tympanica ossis temporum; *·g.* in cavo tympani.

g.'' Ad zygoma vergens.

g.''' Ubi ad sinum mastoideum excurrit.

G. Ubi sectione divisum.

h. h.' H. Pars mastoidea; *h.* extrorsum.

h.' Eadem, in sinu mastoideo.

H. Sectionis locus, in eodem osse.

i. İ. Os zygomaticum posterius. *i.'* ad fossam temporalem spectans.

İ. Ubi sectum in zygomate.

K. Os zygomaticum anterius, ad zygoma dissectum.

l.' l.'' L. Os zygomaticum medium; *l.'* ad orbitam.

l.'' Ejusdem facies ad fossam temporalem conversa.

L. Idem, ad jugi locum, dissectum.

m.' m.'' m.''' M. Os parietale; *m.'* fossam temporalem versus.

m.'' Ubi ad foramen sphenoideum accedit.

m.''' Idem in cavo cranii.

M. Ubi sectum ad cranii latus.

P. Ossis supramaxillaris pars malaris dissecta, ubi ethmoideo laterali apponitur; juxta narium cavum.

R. Ossis pterygoidei exigua pars, secta ubi parietali jungitur ad latus calvariae.

s.' s.'' S. S.' Os ethmoideum laterale; *s.'* ad orbitam.

s.'' In cavo narium.

S. Ubi sectum.

S.' Ubi ossi pari, socio nexum; supra narium cavum.

t.' t.'' t.''' T. Os frontis; *t.'* ad orbitam.

t.'' Ad cavum cranii.

t.''' Idem ad narium cavum; ubi *nervum olfactorium* decurrentem tegit.

T. Sutura frontalis, media inter utrumque os frontis.

u.' u.'' U. Ala sphenoidei; *u.'* in cavo cranii, ad includendum organon auditus faciens. (cf. Tab. XI. fig. $28^{A.}$ *u.'*)

u.'' Eadem in labyrinthi cavo.

U. Ubi secta eadem.

III. . . . IV. Sectionis verticalis linea continuata per hoc segmentum. Eandem, diverso positu, vide Tab. X figg. $24^{A.}$ $25^{A.}$ 26. Tab. XI. fig. $28^{A.}$ et $30^{A.}$

FIGURA $31^{B.}$

Ejusdem segmenti partes memorabiles indicantur.

Β. Hiatus cranii; in macerato ad orbitam apertus; alias, *interorbitali cartilagine* intercedente et utrinque reflexa, ab ea sejunctus. Quam partium rationem fig. $52^{C.}$ explicat; ubi etiam nervi, vasa, reliqua, quae hiatus hic ducit, exponuntur.

Γ. Orbitae superior paries; supino situ.

Δ. Cavi narium pars superior.

Θ. Cavum tympani, ad sinum mastoideum (Σ) apertum.

Π. Vestibuli cavum. (cf. Tab. XI. fig. 29.)

Σ. Sinus mastoideus; tympani cavo confluens.

Ω. Ω. Calvariae fornix et cavi calvariae pars superior; supino situ.

1. Columella vestibuli anterior. (cf. Tab. XI. fig. 29.)

2. Columella posterior. (ibid.)

3. Columella inferior. (ibid.

7. Crista occipitis extrema. (cf. Tab. X. fig. $24^{B.}$)

10. Processus mastoideus. (ibid.)

12. Margo orbitae superior. (ibid.)

β. Foramen zygomaticum. (ibid.)

γ. Ubi ductus caroticus externus, sectione capitis ad horizontem facta, divisus est, qua parte inter os tympanicum et alam sphenoidei assurgit. Cujus ductus exitum in fossam temporalem vide Tab. X. figg. 24^{B} et 26. *γ*., initium vero ibid. fig. $25^{B.}$ sinistrors. *γ*.

π. Foraminis sphenoidalis pars, ad os parietale pertinens. (cf. Tab. XI. fig. $28^{B.}$ *π*.)

χ. Hiatus, cartilagine expletus in os mutanda. (ibid.)

ββ. Via *nervi olfactorii* sub osse frontis ad nares penetrantis. (ibid. et mox infra fig. $32^{B.}$ *ββ*.)

κκ. Fovea vestibuli anterior. (Tab. XI. fig. 29.)

λλ. Fovea vestibuli posterior. (ibid.)

oo. Recessus vestibuli superior. (ibid.)

ππ. Incisura cervicalis occipitis. (Tab. X. fig. $25^{B.}$)

FIGURA $32^{A.}$

Segmentum capitis anterius ad Tab. IX. fig. 32. explicandam pertinens; a tergo visum.

Seta *e cavo cranii ad orbitam trajecta; per hiatum alias cartilagine interorbitali expletum, quam ad figuram* $52^{C.}$ *sub siglo NB. depictam vide.*

E. Os sphenoideum basilare, dissectum ad sellae turcicae mediam regionem; qua parte impositum est coëuntibus ad basin cranii processibus pterygoideis.

Quem sectionis locum explicat figurae $28^{A.}$ Tab. XI. linea punctim ducta *III. . . . IV.*

f. ff. F. Pars pterygoidea sphenoidei.

ff. Ubi ad sinus cavernosi canalem facit.

F. Secta, prope cranii basin.

i.' İ. Os zygomaticum posterius; *i.'* fossam temporalem versus.

İ. Idem sectum in zygomate.

k. Os zygomaticum anterius.

l.'' L. Os zygomaticum medium, fossae temporali extrorsum appositum.

l.'' Facies ad fossam tempor. spectans.

L. Ubi ad zygoma pergit, dissectum.

m. m.' m.''' M. Os parietale; *m.* superne.

m.' Fossam temporalem versus.

m.‴ In cavo cranii conspicuum idem.

M. Ubi sectum; ad omnem calvariae lateralem et superiorem ambitum.

n.′ Palatini ossis facies ad orbitam.

o. Exigua Vomeris pars; sulcata, ad excipiendam *cartilaginem interorbitalem.*

p.p.′p.″ Os supramaxillare. *p.* Angulus posterior.

p.′ Idem os ad orbitam assurgens.

p.″ Facies palatina ejusdem.

q.′ Os incisivum, palatum versus.

r. R. Os pterygoideum; *r.* ad fossam pterygoideam.

R. Idem os sectum ubi excipitur parietale inter et processum pterygoideum ossis sphenoidei. (vide sectionis lineam III....IV. Tab. XI. fig. $28^{A.}$)

s.′ s.″ Os ethmoideum; *s.′* ad orbitam.

s.″ Ad cavi narium superiora; vide supra fig. $31^{A.}$

t.″ Os frontis in cavo cranii. (ibid. *t.″*)

I....II. Sectionis horizontalis linea, apud Tabulae X. fig. $24^{A.}$ aliasque figuras, quas vide, abunde indicata.

FIGURA $32^{B.}$

Ejusdem capitis segmenti partes memorabiles.

B. Hiatus cranii anterior; orbitas versus patens, postquam cartilago media interorbitalis remota est, quam in situ habet figura $32^{C.}$

Γ. Orbita per fossam temporalem, quorsum hiat, a tergo conspicua.

Δ. Cavi narium pars; per nervi olfactorii canalem hiantem aliquantum comparens.

Ξ. Choanae, sub palato.

Ω. Calvariae cavum superius, sub ossis parietalis et ossis frontis fornice.

14. Margo palatinus acutus maxillae superioris. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)

α. Foramen palatino nasale. (ibid.)

β. Foramen zygomaticum. (ibid.)

η. Foramen palatinum posterius. (Tab. X. fig. $25^{B.}$)

ϱ. Sinus cavernosi via; ad latus partis basilaris sphenoidei, per canalem processui pterygoideo impressum. (cf. Tab. XI. fig. *D. ϱ.ϱ.* et mox infra fig. $32^{C.}$ *ϱ.′*)

ββ. Canalis nervi olfactorii sub osse frontis ad cavum narium pergens. (cf. Tab. XI. fig. $28^{B.}$ *ββ.* et infra fig. $32^{C.}$ *ϑ.′*)

εε. †. Canalis Vidianus, in secto processu pterygoideo comparens; qua via ad caroticum canalem tendit. (cf. Tab. XI. fig. $30^{A.}$ Sectionis lineam *III....IV.* et fig. $30^{B.}$ *εε.* x. †.

ττ. Sulcus ethmoidalis, infra canalem olfactorium. (cf. Tab. XI. fig. $28^{B.}$)

υυ. Sulcus vomeris. (ibid.)

ψψ. Rima nasalis. (ibid. fig. $27^{B.}$ *ψψ.*)

FIGURA $32^{C.}$

Idem segmentum, cartilagine interorbitali servata in situ.

NB. Cartilago interorbitalis, cavum cranii versus utrinque expansa et ossi parietali agglutinata; deorsum vero ab hoc deflectens et ad partem basilarem sphenoidei ita accedens, ut ad utrumque latus (cartilaginem inter et os parietale atque partem pterygoideam sphenoidei) loculamentum habeat, *sinum cavernosum* et *nervos* plures ducens. Vide mox infra *ϱ.′ σ.′*

η.′ Foramen opticum duplex, cartilaginem perforans; *nervum opticum* cum *arteria centrali retinae* e cavo cranii ad orbitam transmittens.

ϑ.' Foramen olfactorium; duplex, isthmo membranaceo medio; supra cartilaginem interorbitalem, hoc loco sinuatam et utrinque reflecti incipientem. *Nervum* ducit *olfactorium, venam* ad sinum longitudinalem cerebri excurrentem et *arteriolam,* nervo sociam, e carotide cerebrali.

λ.' Foramellum *nervi tertii paris,* retro foramen opticum, laminam cartilaginis reflexam perforantis.

μ.' Foramellum paullo supra, simili via, *nervum quarti paris* e cerebro ad orbitam trajiciens.

Hoc, cum praecedente foramello, a sinistro latere notatum est; reliqua omnia dextrorsum indicantur.

ν.' Foramellum ante sellam turcicam per laminam cartilagineam orbitae pertusum; *arteriam ciliarem* e carotide cerebrali ad orbitam traducit.

π.' Foramellum, proxime pone opticum; *arteriam ophthalmicam,* e carotide cerebrali, orbitae transmittit.

ϱ.' Sinus cavernosi via ad orbitam; inferiore loco, ad ipsius ossis pterygoidei confinia; a loculamento nervorum (σ.') dissepta. *Venam ophthalmicam* sinui cavernoso tradit.

σ.' Loculamentum supra sinum cavernosum, os parietale inter et laminam cartilaginis orbitalis, ab osse parietali introrsum deflectentem. *Musculum suspensorem* bulbi oculi (Musc. 11.) excipit et ramum *ophthalmicum nervi quinti paris,* cum *nervo sexti paris* orbitae adducit.

FIGURA $33^{A.}$

Segmentum capitis posterius; antrorsum inspicitur. Ad figuram 33. Tab. IX. et ad ejusdem capitis dimidium anterius (praecedentibus figuris $32^{A. B. C.}$ explanatum) respondet.

a. Occipitis pars basilaris, inferne.

b." Condyli occipitis pars parumper conspicua ad cranii ultimum hiatum.

c.' Os cristae occipitis, ad organon auditus vergens, in cavo cranii.

e." E. Os basilare sphenoidei; *e.*" Sellae turcicae fovea.

E. Ubi sectum.

f.' *ff.ff.* F. Processus pterygoideus ossis sphenoidei; *f.*' ad processum articularem partis tympanicae vergens.

ff.ff. Ad sinum cavernosum et foramen sphenoidale.

F. Sectionis locus in eodem osse.

g." Pars tympanica, ad zygoma vergens.

h. Pars mastoidea.

i.' İ. Os zygomaticum posterius; *i.*' ad fossam temporalem spectans.

İ. Idem os, ad jugum, dissectum.

L. Ossis zygomatici medii exigua pars in zygomate residua, ad ipsum sectionis factae locum.

m.' *m.*''' M. M.' Os parietale; *m.*' ad fossam temporalem, circa foramen sphenoideum.

m.''' In cavo cranii, idem.

M. M. Ubi sectum.

M.' Ubi, suturae ope, nectitur ossi pari.

r. R. Os pterygoideum.

R. Sectionis factae locus in eodem osse.

I.....II. Sectionis horizontalis linea.

FIGURA $33^{B.}$

Ejusdem segmenti partes notabiliores.

Λ. Fossa temporalis. (cf. Tab. X. fig. $24^{B.}$)

Φ. Sella turcica. (cf. Tab. XI. fig. $30^{B.}$)

Ω. Calvariae cavum superius. (ibid. fig. $28^{B.}$)

11. Processus articularis partis tympanicae. (Tab. X. fig. $24^{B.}$)

γ. Foramen ad exitum ductus carotici externi. (ibid.)

ο. Foramen magnum occipitis. (ibid. fig. $25^{B.}$)

π. Foramen sphenoidale. (Tab. XI. fig. $28^{B.}$)

ϱ. Sinus cavernosi canalis. (ibid. fig. *D.* ϱ. ϱ.)

χ. Hiatus cartilagine implendus; ubi conveniunt, ad organon auditus introrsum contegendum, os cristae occipitis, (*c.*′) os petrosum, (*d.*″) et ala sphenoidei. (*u.*′) cf. Tab. XI. figg. $28^{A.}$ et $28^{B.}$

ω. Ostium internum canalis carotici ad sellam turcicam hiantis. (ibid. fig. $28^{B.}$ ω.)

γγ. Foramellum nervum sexti paris, per sphenoidei clivum, ad loculamentum supra sinum cavernosum traducens. (ibid.)

εε †. Ubi Canalis Vidianus medio suo cursu dissectus. (vide supra fig. $32^{B.}$)

ϑϑ. Fovea articularis, in processu partis tympanicae. (Tab. X. fig. $25^{B.}$)

FIGURAE †. 1. 2. 3. 4.

Ossa cranium proxime attinentia; conjuncta et seorsim, per VERTEBRAS, *ut ajunt, distributa.*

Cum in exponenda testudinis fabrica sedulo ab omni hypothesi abstinuerim, atque peculiarem in eo industriam posuerim, ne menti, a sententiis eruditorum praeoccupatae, vel in contemplandis, vel in depingendis rebus, aliquid ficti subreperet, quod naturalem structuram peregrina mixtione adulteraret; in illis tamen, quae explorata erant, intelligendis, interpretandis atque ad universum significatum revocandis, aliquid conjecturae concessi. Temporis, quippe, quo vivitur, opiniones a partium compagine atque structura, non a cogitatione nostra, procul esse habendas, existimavi.

Quatuor igitur, quibus cranium conflatur, VERTEBRAS *haec nostra figura, magnitudine naturali, a latere exponit; ablatis ossibus quibuscunque, ab hoc significatu remotioribus.*

Quoniam autem generatim vertebrarum fabrica quinque vel septem partes, sejunctas coalitasve, agnoscit, (corpus *nempe simplex;* arcum, *ab eo assurgentem duplicem;* processum spinosum, *vel unicum, vel bipertitum;* costarum *demum par, a latere appensum*) *harum partium vestigia nobis in cranio, si quidem vertebrarum aliquid hic latet, exquirenda erunt atque indicanda. Igitur:*

Primae capitis vertebrae corpus *basi occipitis constituitur;* arcubus *partes laterales, ab eo assurgentes;* processui *vero* spinoso, *crista occipitis respondent;* costarum *demum loco, ni fallor, cornua hyoidis veniunt.*

Secunda cranii vertebra, pro corpore, *basilarem sphenoidei partem habet; alae sphenoidei* arcuum *instar assurgunt; os parietale* processum spinosum *indicat.* Costis *appensis comprarem processus pterygoideos.*

Tertiae vertebrae corpus, *testudini cartilagineum; (aliis, superiorum et inferiorum passim ordinum animantibus, osseum) cartilago nimirum media orbitae, ad basin simplex, sursum expansa, veluti per* arcus *assurgens, concretos tamen; imposito novissime,* spinosi processus *loco, frontis osse. Nec* costarum *vestigium deest; etenim ossa pterygoidea sejuncta et continua lege in aliis animalibus redeuntia, huc referenda videntur.*

Quartae demum capitis vertebrae corpus, *in vomere habes;* arcus, *in osse utroque ethmoideo laterali.* Processus spinosus *testudini nullus, cum in aliis bestiis, sub nasi ossium vulgari forma veniat.* Costarum *vero hujus vertebrae indicia, ossa palatina nominarem.*

Quae omnia, ne temere asserta dicas, alio loco argumentis erunt fulcienda; interim leviter ea hic indicasse sufficiat; quandoquidem, ad figuras explanandas, aliquotenus praecipienda videbantur.

Figura †. Series vertebrarum quatuor cranii, ad quam pertinent ossa haec;

a. Pars basilaris occipitis.

b. Pars lateralis, seu arcus, occipitis.

c. Crista occipitis.

e. Pars basilaris sphenoidei; parumper notabilis; tegitur enim ala et processu pterygoideo appositis.

f. f.' f.''' Pars pterygoidea sphenoidei; *f.* ad extremam fossam pterygoideam exstans.

f.' Ubi in processum excurrit parti tympanicae apponendum.

f.''' Idem os ad basin cranii vergens; ante os basilare sphenoidei. (cf. Tab. XI. fig. 50 *A. f.'''*)

m. Os parietale.

o. o. Vomer.

r. Os pterygoideum.

s. Ethmoideum laterale.

t. Os frontis.

u. Ala sphenoidei.

NOTA. Cartilago media interorbitalis, ne ossibus misceatur, non indicata hic et ad *tertiam* vertebram (3.) ablegata.

Pari modo palatinum os, utpote quod vomeris maximam partem a latere tegat, neglectum et punctim *quartae* vertebrae (4.) adjectum.

Figura 1. Vertebra occipitalis, sive capitis *prima.* (cf. eandem vertebram, a tergo, Tab. XI. fig. *B.*)

a. Basis occipitis, seu *corpus* hujus vertebrae.

b. Lateralis pars occipitis, sive *arcus.*

c. Crista occipitis, *processus spinosi* loco.

Df. Cornu majus hyoidis; *costae* vertebrae occipitalis comparandum, punctis notatum.

Figura 2. Vertebra sphenoidalis posterior, seu *secunda* capitis.

e. Basilaris pars ossis sphenoidei, sive *corpus* secundae vertebrae.

u. Ala major; *arcum* significans.

m. Os parietale; sive *processus spinosus.*

f. f.' f.'' Pars pterygoidea sphenoidei; seu *costa,* secundae vertebrae accedens.

r. Os pterygoideum, (huic vertebrae minus adscribendum, quam *tertiae*) quoniam osse parietali reliquis partibus nexo removeri nequit, paullo altius enim introrsum excurrit, in situ hic relictum est et ad *tertiam* vertebram, cui legitime addicendum, punctim adjectum. (fig. 3. *r.*)

Figura 3. Vertebra sphenoidalis anterior, seu *tertia* capitis.

aa. bb. Cartilago media orbitarum; spinae sphenoidali (vel, ut accuratius dicam, *laminae mediae ethmoidali*) et alis minoribus sphen. aliorum animalium respondens. Comparanda *corpori* vertebrae tertiae et *arcubus.*

aa. Ubi lamina media cartilaginis excipitur sulco vomeris. (Tab. XI. fig. 50 *B. v. v.*)

bb. Ubi superior cartilaginis pars reflexa parietalis ossis internae faciei adhaeret. (cf. fig. 52 *C.* a tergo; ubi expansa hujus cartilaginis pars superior, utrinque attingens os parietale comparet et foramen opticum aliaque finitima, quibus cartilago orbitalis perforatur, explicantur.)

t. Os frontis, *processus spinosi* tertiae vertebrae vices agens.

r. Os pterygoideum, punctis indicatum; *costae* hujus vertebrae tertiae comparatur.

Figura 4. Vertebra ethmoidalis seu capitis *quarta.* (Eandem vertebram, a fronte vide Tab. XI. fig. *A.*)

o. o. Vomer, sive *corpus* vertebrae quartae capitis.

s. Pars lateralis ethmoidei, seu *arcus* hujus vertebrae.

Spinosus processus abest; etenim ossa nasi testudini negata sunt.

n. Os palatinum, ceu *costa* corpori hujus vertebrae appensa. Punctim indicatur, quominus vomeris decursus delitescat.

EXPLICATIO TABULAE DECIMAE TERTIAE.

Capitis ossa; *aliaque. Magnitudine naturali omnia.*

FIGURA 34.

Ossa capitis sejuncta, a latere, ita distributa ut ad finitima, quibus conjunguntur quaelibet, commode possint referri; ceterum eo situ quo Tab. IX. fig. 24. in syntaxi veniunt.

Notae rarae inscriptae, quoniam collatis aliis figuris singularum partium significatus facile eruitur.

Ossa paria demum dextri lateris neglecta sunt; depictis eis solis quae vel imparia; vel sinistrorsum veniunt.

a. b. Basis et pars lateralis occipitis; adultis coalitae, junioribus divisae; pristinae sejunctionis loco in figura punctis notato. (cf. fig. 35. ubi utrumque os seorsim.)

c. oo. Crista occipitis.

oo. Recessus vestibuli superior. (cf. Tab. XI. fig. 29.)

d. d''. Os petrosum. In syntaxi ossium capitis latens sub mastoideo.

d.''' Squamula ad canalis carotici introitum. (cf. Tab. X. fig. 25*A.*)

e. Os basilare sphenoidei; processu clinoideo sursum eminente exstructum. (Idem os, superne, vide Tab. XI. fig. *C. D.*)

f. π. Pars pterygoidea sphenoidei. (Superne, ibid.)

π. Incisura ad foramen sphenoidale faciens, cujus ambitus completur accedente sursum parietali osse. (cf. hujus figurae os *m. π.*)

g. Σ. Pars tympanica ossis temporum; os quadratum auctorum.

Σ. Sinus mastoideus, antrorsum in cavum tympani patens; hians etiam, diductis ossibus, retrorsum, qua parte vero, supra accedente osse mastoideo (*h.*) occluditur.

Quae omnis sinus mastoidei ratio, ossibus sectis figg. 30*B.* Tab. XI. et 31*B.* Tab. XII. optime innotescit.

h. Os mastoideum.

i. Os zygomaticum posterius.

k. Os zygomaticum anterius.

l. Os zygomaticum medium.

m. π. Os parietale.

π. Incisura foramen sphenoideum complens cum parte pterygoidea, quam in syntaxi attingit hoc os. (cf. Tab. XI. fig. 28*A.* *m.''' ff.* et fig. 28*B.* *π.*)

n. α. η. Os palatinum.

α. Incisus locus, ad foramen palatino-nasale faciens. cf. Tab. X. fig. 24*B.* *α.*

η. Ubi excisum hoc os, ad locum foraminis palatini posterioris, altero margine ab osse supramaxillari claudendi. (ibid. fig. 25*B.* *η.*)

o. Vomer.

p. Os supramaxillare.

q. Os incisivum.

r. Os pterygoideum.

s. Os ethmoideum laterale.

t. Os frontis.

u. σ. Ala sphenoidei, a corpore, seu parte basilari, sphenoidei ejusque parte pterygoidea, (*e. f.*) quibus imposita erat, sejuncta.

σ. Foramen nervum durum, per alam sphenoidei, e cavo cranii ad sinus cavernosi canalem traducens. Quod foramen in cranio vide Tab. XI. fig. 28*B.* *σ.*)

FIGURA 35.

Ossis occipitis partes e juniore individuo; disjunctae, necdum coalitae.

a. Pars basilaris.

b. μ. Arcus, seu pars lateralis sinistri lateris.

μ. Foramen nervi vagi et accessorii; aliis hujus ossis foraminibus, quae hypoglossum ducunt, non notatis. (cf. Tab. X. fig. $25^{B.}$ *μ. ν. ξ.*)

FIGURA 36.

* *Stapes* sinistri lateris, situ ad capitis ossa exposita respondente; basi introrsum vergente.

4. 5. 6. Idem stapes, alio situ. 4. Basis, fenestrae ovatae apponenda. 5. Stylus. 6. Styli apex, tympani membrana excipiendus.

FIGURAE 37. 38. 39. 40.

Maxilla inferior, e testudine adulta.

FIGURA 37. Maxilla inferior, superne.

18. Processus condyloideus, seu articularis.

21. Processus coronoideus; cui *temporalis* musculus inseritur. (Musc. 1.)

22. Crista aspera, ad latus externum rami maxillae; ejusdem musculi *temporalis* insertionem excipiens.

23. Margo acutus, *corneo indumento* vestiendus, quod fig. 43. venit.

24. Apex maxillae inferioris; symphyseos ramorum loco. Suturam nunquam gerens, arcu maxillae antrorsum jam a prima inde aetate integerrimo. (cf. fig. 41. *z.*)

α.' Ostium superius canalis inframaxillaris. Introducit *nervum inframaxillarem* a ramo tertio quinti paris; *arteria* et *vena* sociis.

β.' Ostium inferius canalis inframaxillaris, in sulcum desinens. *Nervum* eundem *vasaque* vehit.

δ.' Sulcus inframaxillaris, *cartilagineum* fovens *nodulum*, serius in os mutandum. (cf. fig. 40. *δ.' w.*)

ε.' ε.' Foramina, ad interiora ossis penitrantia; *vasa* ducunt.

ζ.' Facies articularis ginglymoides, media crista laevigata exstante, ad cujus latera duplex foveola articularis. Vide articularem processum partis tympanicae respondentem. figg. $24^{B.}$ et $25^{B.}$ 11. *ϑ.* Tab. X.)

FIGURA 38. Eadem maxilla ab inferiore.

v. Pars condyloidea.

y. Os operculare, ut dicunt auctores; ramo maxillae introrsum adpositum.

z. Arcus maxillae.

19. Tuber condyli posterius, ad quod inseruntur musculi *latissimus colli* (Musc. 21.) et *digastricus maxillae.* (Musc. 3.)

20. Tuberculum condyli laterale internum; insertionem musculi *pterygoidei* excipiens. (Musc. 2.)

FIGURA 39. Maxilla a latere; circumpositis ossibus ad arcum accedentibus; qualia, si diducuntur, comparent quaelibet ab externo latere.

21. Processus coronoideus; vide supra fig. 37.

22. Crista aspera extrorsum. (ibid.)

v. Condyli os; adultis unicum, junioribus tripertitum. (cf. fig. 41. *v.* 1. 2. 3.)

x. Os coronoideum.

y. Os operculare; in syntaxi extrorsum vix aliquantulum comparens.

z. Os arcum maxillae constituens.

ε.' ε.' Foramina ad ossium interiora penetrantia. (fig. 37.)

Figura 40. Maxillae inferioris, ad apicem arcus dissectae, ramus dexter, ab interno latere.

Ossa ad arcum accedentia, ut in superiore figura duplici exemplo veniunt; altero in syntaxi, diducta altero, sed ad syntaxeos situm respondentia.

v. Os condyli maxillae.

w. Nodulus osseus, e sulco (δ.') depromtus.

x. Coronoidei processus ossiculum.

y. Os operculare; maxima parte introrsum adpositum.

z. Z. Arcus maxillae.

Z. Ubi ad apicem dissectus est.

α.' β.' Canalis inframaxillaris ostium superius et inferius. (vide supra fig. 37.)

γ.' Ostium canalis mylohyoidei, *nervum mylohyoideum*, ab inframaxillari ex ejus ductu abscedentem educens.

δ.' Sulcus inframaxillaris, ab ostio canalis inferiore continuatus, cartilagine expletus sensim in os abeunte; cujus metamorphoseos indicium in ossiculo, e sulco exemto, et infra adposito. (*w.*)

FIGURA 41.

Ossa maxillae inferioris e testudine juniore. Atque quidem, cum arcu impari, ossa sinistri rami, quorum paria e dextro ramo non depicta. Ex undecim *igitur, quibus conflatur maxilla ossibus,* sex *solummodo hic demonstrantur.*

v. 1. 2. 3. Condyli sinistri ossa.

1. Lamina interna, seu anguli maxillae os.
2. Lamina condyli externa; sive *lunula* auctorum.
3. Os medium condyli.

x. Os coronoideum.

y. Os operculare.

Et haec a latere.

z. Arcus, impar; superne, ut intelligas eum medio apice non divisum esse.

FIGURA 42.

Os hyoides superne.

(Idem, a latere, vide Tab. V. VI. fig. 12. ab inferiore Tab. VII. VIII. fig. 18.)

a. Corpus carinatum; *tracheam* excipiens.

b. Fovea fenestrata; *laryngem* impositum habens.

c. Processus laterales corporis, faciebus articularibus exstructi, ad excipienda cornua.

d. Apex, *linguae* substratus.

e. e. Cornicula triquetra, quibus musculus *genioglossus* (Musc. 17.) et *hyoglossus* (Musc. 18.) adhaerent.

f. f. Cornua majora, anteriora; insertionem musculorum *hyoglossi*, (Musc. 18.) *geniohyoidei* (Musc. 15.) et *omohyoidei* (Musc. 14.) excipiunt. Ceterum extremo suo *ligamentum suspensorium* (α.) et ossiculum *h.*) gerunt.

g. g. Cornua posteriora; *Omohyoideum* (Musc. 14.) insertum habent.

h. h. Ossiculum ad apicem cornu majoris accedens; *ligamento suspensorio* circumdatum.

α. Ligamentum hyoidis suspensorium, laxum; mastoideo processui adhaerens. *Stylohyoidei* musculi loco. (cf. Tab. VIII. fig. 18. α. ubi lig. susp. in situ.)

FIGURA 43. 44. 45.

Cornea quae maxillas ambiunt indumenta.

Figura 43. Maxillae superioris indumentum corneum, oblique a latere.

1. Facies exterior laminae corneae malaris; coloris e viridiscente nigri, maculis flavescentibus interspersis.
2. Ejusdem laminae, e latere dextro, facies interna; quae ossi supramaxillari adposita erat.
3. Incisura nasalis, nares excipiens extremas.
4. Lamina palatina; dentium loco; crassior, solidior, fere ossea, albescens; cujus superior facies adparet, ossi supramaxillari respondens.

Figura 44. Eadem pars ab inferiore.

1. Lamina malaris, extrorsum.
3. Incisura nasalis.
4. Lamina palatina; faciem oris cavum versus spectantem exhibens.
5. Hiatus, ad regionem foraminum incisivorum respondens; veluti excisus e palatina parte.

Figura 45. Inferioris maxillae indumentum corneum, superne.

6. Pars superior, interna, cavum oris versus. Albescens, fere osseae duritiei; dentium vices agens.
7. Facies externa, cornea, flavo et e viridi nigrescente variegata.
8. Eadem pars introrsum; ubi ad maxillae os proxime accedit.

FIGURA 46.

Unguis cornea capsula. Lunatim excisa, qua parte ad basin tertiae phalangis assurgit, ut tendinem flexorem ultimum ad insertionis locum admittat.

FIGURA 47a.

Vertebra colli quinta, a fronte.

a. Fovea articularis, praecedentis vertebrae capitulo excipiendo aptata.
c. d. Vertebrae arcus.
e. f. Processus obliquus anterior.
  f. Facies articularis, introrsum devexa.
g. Processus obliquus posterior, vix notabilis; situ partis obstante.
i. Processus spinosus, parum elatus.
k. k. Processus transversi.
l. Crista inferior media.
o. Foramen medullare.

FIGURA 47b.

Eadem vertebra a latere.

b. Caput articulare, retrorsum eminens; fovea sequentis vertebrae excipiendum.
e. Processus obliquus anterior.
g. h. Processus obliquus posterior.
  h. Facies ipsius articularis, imponenda processui obliquo anteriori sequentis vertebrae.
i. Spinosi processus rudimentum.
k. Processus transversus.

l. Crista inferior media.

p. p. Incisurae infra processus obliquos, appositis respondentibus vertebris foramina vertebralia efficientes.

p....p. Linea punctim ducta vestigium sejunctionis pristinae, corpus vertebrae inter et arcum, indicat.

69. Ossiculum sesamoideum ad hanc vertebram pertinens. (cf. Tab. VI. fig. 12.)

F I G U R A 48.

Ossis sacri vertebra prima, a fronte et a latere.

b. Tuberculum articulare, seu capitulum; ad secundae vertebrae sacri foveam articularem accedens.

c. d. Arcus vertebrae.

e. Processus obliqui anteriores; excipiunt ultimam vertebram dorsi.

g. Processus obliquus posterior; imponendus obliquo anteriori secundae vertebrae sacri.

i. Processus spinosus, leviter indicatus, testae dorsali finitimus.

o. Foramen medullare.

t. Facies scabra excipiens processus transversos sejunctos; (costis comparandos.)

F I G U R A 49.

Vertebra coccygis tertia cum quarta, ab inferiore.

23. Coccygis vertebra tertia.

24. Quarta coccygis vertebra.

e. e. Processus obliqui anteriores.

g. Processus obliquus posterior alter.

k. k. Processus transversi; tenera aetate sejuncti.
An costarum rudimenta?

F I G U R A 50ᵃ.

Coccygis vertebra prima, a fronte et a latere.

a. Fovea articularis, antrorsum.

b. Capitulum, retrorsum.

c. d. Arcus.

e. e. Processus obliqui anteriores.

g. g. Processus obliqui posteriores.

i. Processus spinosi vestigium.

k. k. Processus transversi.

o. Foramen medullare.

F I G U R A 50ᵇ.

Coccygis vertebra vicesima a latere et a fronte.

l. Crista inferior media, junioribus sejuncta; forata canali arteriae sacralis mediae.

o. Canalis medullaris foramen; supra corpus.

p. Incisura lateralis, ad foramen intervertebrale faciens.

EXPLICATIO TABULAE DECIMAE QUARTAE.

VERTEBRARUM *et* MEMBRORUM *ossa; magnitudine naturali.*

Fig. 51—53. 56—60. 62. 64. ex adulta.

54. 55. 61 et 63. e tenerioris aetatis testudine.

FIGURA 51.

Vertebrae colli diductae, ab inferiore.

1. *a—p. Atlas.*

1. Corpus, ab arcubus divisum; etiam adultis.

a. Fovea articularis antrorsum, occipitis condylo respondens, tripertita; corpori et utrique arcui impressa.

c. d. Arcus uterque; infra, corpori, supra socio junctus; nullo processu spinoso accedente.

h. Facies articularis processus obliqui posterioris, introrsum.

k. Processus transversus.

k.′ Processus lateralis, transverso accedens.

p. Incisura anterior, occiput versus, *nervo cervicali primo* pervia.

2* *a—s. Os odontoideum.*

a. Fovea articularis retrorsum.

r. r. r. Triplex faciecula articularis, antrorsum; corpori et arcubus Atlantis respondens.

s. Asperitas anterior, cui nectitur ligamentum ad condyli occipitis foveam insertum. (cf. Tab. X. fig. 24^{B}. Tab. XI. fig. 27^{B} 9.)

2. *a—p. Epistropheus.*

2. Corpus

a. Fovea articularis retrorsum.

b. Capitulum articulare; antrorsum.

e. e. Processus obliqui anteriores.

g. g. Processus obliqui posteriores.

h. Facies articularis processus obliqui posterioris, sursum spectans.

k. Processus transversus.

p. Incisura lateralis juxta processus obliquos posteriores; apposita sequente vertebra foramen intervertebrale constituens; quod *nervum cervicalem tertium* educit.

Apud reliquas vertebras notae hisce incisuris non inscriptae, cum hoc situ delitescant plurimum et in syntaxi a latere melius adpareant. (Vide supra Tab. VI. fig. 12. ·1—·9.)

3. *a—l. Tertia colli vertebra.*

a. Fovea corporis articularis, a tergo.

b. Capitulum, a fronte.

l. Crista inferior media.

4. *b—k. Quarta* colli vertebra.

b. b. Capitula articularia; utrinque.

5. *a—l. Quinta* vertebra colli.

a. Fovea articularis, corpori antrorsum impressa. cf. Tab. XIII. fig. 47^{a}.

b. b. Duplex capitulum articulare, retrorsum.

6. *a—h. Sexta* vertebra colli.

a. a. Duplex fovea articularis anterior. (cf. fig. 52. a. a.)

b. b. Capitulum articulare duplex, retro.

7. *a—l. Septima* vertebra.

aa. aa. Fovea articularis; utrinque duplex.

8. *b—o. Octava,* ultima colli vertebra.

bb. b. Duplex caput articulare anteriora versus; simplex a tergo; quod foveae primae vertebrae dorsi conjungitur. (cf. Tab. II. fig. 5ª· *a.*)

o. Foramen medullare.

Reliqua sigla significatum communem, apud priores vertebras indicatum, sequuntur.

66. 68. 70. Ossicula sesamoidea tria, quartae, quintae et sextae vertebrae pertinentia.

FIGURA 52.

Vertebrae colli, superne.

1—5. Quinque vertebrae colli priores, in syntaxi.

6—8. Tres posteriores vertebrae colli, conjunctae sibi, sed a quinta divisae.

Quoniam nimirum vertebrarum colli spina, obstante plurimum musculo retrahente capitis et colli, (Musc. 27.) nunquam in rectam lineam extendi potest, sed, vel maxima extensione, a quinta inde vertebra oblique assurgit; hoc loco vertebrarum series dividenda videbatur. Siquidem hic omnia explanato, nec contracto, vel obliquo positu demonstranda erant.

aa. Fovea duplex articularis anterior in sexta vertebra.

bb. Capitula duo articularia pone quintam vertebram colli.

e. Processus obliquus anterior.

f. Ejus facies articularis, introrsum.

g. Processus obliquus posterior.

i. Processus spinosi rudimentum.

k. Processus transversus.

k.' Processus lateralis Atlantis, seu pars superior processus transversi.

p. Incisura juxta processus obliquos, ad foramen cervicale faciens. (cf. ·3.)

q. Hiatus intervertebralis, dorsalis; *membrana ligamentosa* expletus. cf. *β.'*

β.' Ligamentum intervertebrale, hunc hiatum occludens. (Non nisi tertiam inter et quartam vertebram indicatum.)

·3. Foramen cervicale tertium. Ubi processus obliqui binarum vertebrarum junguntur.

Reliqua siglis carent, immo, nec indigent.

FIGURA 53.

Claviculae cum scapulis ex utroque latere, a fronte; situ reciproco servato, ut innotescat medius inter hasce partes hiatus, capiti atque collo sub testam retrahendis vel extrorsum projiciendis patens.

N. a—o. γ. δ.' Ad *claviculam* pertinentes partes.

(vide Tab. V. VI. fig. 12. et 17. claviculam a latere;
Tab. VII. VIII. fig. 18., ab inferiore.)

a. b. c. Os triquetrum; superne, testam inter et claviculam adpositum.

a. Crista, cui *ligamentum* adhaeret os triquetrum ad testam suspendens. (*γ.*)

b. b. Margo superior, primam costam versus.

c. Margo inferior, ad claviculae extremum; ubi *ligamentum capsulare;* quod vide Tab. VI. fig. 17. *δ.*

d. Ramus claviculae verticalis seu dorsalis. Cui adhaerent musculi *claviculo-brachialis,* (Musc. 61.) *latissimus dorsi,* (Musc. 58.) *subclavius.* (Musc. 59.)

e. Ramus horizontalis sive pectoralis; unde *deltoidis* pars. (Musc. 60.)

f. Extremum inferius, ligamento munitum ad sternum accedente. (*δ.'*)

h. h. Margo internus, cui inhaerent musculi *latissimus colli* (Musc. 21.) et *scalenus*. (Musc. 34.)

i. Angulus; musculi *deltoidis* (Musc. 60.) insertionem excipiens.

k. Fovea ad angulum.

l. Facies articularis cavata; brachii caput excipiens.

m. Tuber. (cf. Tab. VI. fig. 17. *m.*)

n. Margo declivis articularis, sulco articulari brachii (fig. 56. 57. sigl. 2.) respondens.

o. Ubi clavicula scapulae nectitur, suturae mobilis ope, per syndesmosin devinctae.

γ. Ligamentum ossis triquetri ad testam. cf. Tab. VI. fig. 17. in situ.

δ. Ligamentum claviculae inferius. (ibid.)

O. p—x. Scapula.

p. Extremum articulare. (cf. Tab. VIII. fig. 18.)

q. Facies articularis lunata, ad caput brachii recipiendum.

r. Margo declivis articularis, ad sulcum articularem brachii faciens. (fig. 56. et 57. sigl. 2.)

t. Margo internus e cartilagine in os mutata evolutus, junioribus truncatus. Vide fig. 54. *t. t.*

u. Margo anterior, sinuatus. Unde muscul. *omohyoideus.* (Musc. 14.)

x. Facies inferior, musculorum *superscapularis* (Musc. 62.) et *bicipitis brachii* (Musc. 66.) insertiones excipiens.

F I G U R A 54.

Clavicula sinistra cum scapula, e juniore; a fronte. Situ ad praecedentem figuram respondente.

N. d—m. Clavicula. d. Ramus verticalis. *e.* Ramus horizontalis; *f.* ejus extremum. *m.* Tuber.

Claviculam testudinis a prima aetate integram et unicam esse, nec aliquam, ut passim opinantur, *furculam* in compaginem recipere, abunde patet ex hac figura.

O. p—t. Scapula. p. Extremum articulare. *t. t.* Margo internus; truncatus, cartilagine remota. Vide fig. 55. *y.*

F I G U R A 55.

Eadem ossa; a ventre. Eo situ, quo in Syntaxi veniunt apud Sceleton. Tab. VII. VIII. fig. 18.

N. d. e. f. Claviculae partes; ut in praecedente figura.

O. p—y. Scapulae partes, ut supra.

t. t. Margo internus, *cartilaginem*, sensim in os indurescentem, appensam gerens.

x. Facies inferior scapulae.

y. Cartilago ad marginem scapulae internum.

F I G U R A 56.

Os brachii, artus sinistri, a fronte.

z. Facies convexa; Musculi *tricipitis brachii* insertioni aptata. (Musc. 65.)

1. Caput articulare.

2. Sulcus articularis, juxta caput; margini articulari declivo claviculae et scapulae respondens. Vide fig. 53. *n. r.*

3. Tuber externum. (cf Tab. VI. fig. 12.)

4. Tuber internum. (ibid.)

7. Condylus internus.

8. Condylus externus.

9. Tuberositas supra condylum internum. (cf. Tab. VIII. fig. 18.)

*9. Foramen, *nervum* ducens. (ibid.)

10. Tuberositas supra condylum externum. (Tab. VI. fig. 12.)

FIGURA 57.

Idem os brachii, a tergo visum.

1. 2. 3. 4. 7. 8. 9. 10. Ut in praecedente figura.

2.′ Facies inferior, interna. (cf. Tab. VIII. fig. 18.)

5. Fovea inter tubera. (ibid.)

6. Trochleae sulcus. (ibid.)

9. Foramen *nervum* emittens. (ibid.)

11. Fovea posterior supra condylum. (ibid.)

FIGURA 57^{a}.

Ejusdem ossis brachii dimidium; sectione in longitudinem facta. Os leviter porosum in interioribus, nullo vero medullari cavo exstructum, exhibet.

FIGURA 58.

Femoris sinistri os, a fronte.

5. Facies convexa, anterior. (Tab. VI. fig. 12.)

7. Caput articulare. (ibid.)

8. Collum. (ibid.)

9. Trochanter major. (ibid.)

16. Scabrositas condyli externi. (ibid.)

18. Asperitas ante condylum externum, unde muscul. *extensor communis digitorum pedis* (Musc. 108.) originem capit.

19. Margo acutus supra externum condylum. (cf. Tab. VIII. fig. 18.)

20. Scabrositas condyli interni; *ligamentum laterale internum* insertum habens. (Tab. VIII. fig. 22. π.)

FIGURA 59.

Idem os, a tergo.

6. Facies posterior; cui inhaerent musculi *pectineus;* (Musc. 98.) *vastus externus;* (Musc. 100.) *vastus internus.* (Musc. 101.)

7. 8. 9. 16. 18. 19. 20. vide figur. 58.

10. Trochanter minor. (Tab. VIII. fig. 18.)

11. Fossa trochanterica. (ibid.)

12. Condylus externus. (ibid.)

13. Condylus internus. (ibid.)

14. Trochlea obsoleta. (ibid.)

15. Fovea media trochleae. (ibid. et fig. 22. σ,.)

16. Scabrositas condyli externi. (Tab. VI. fig. 12.)

17. Faciecula lunata condyli externi; fibulae faciem articularem (Tab. VIII. fig. 22. sigl. 35.) excipiens.

FIGURA 59^{a}.

Segmentum femoris in longitudinem dimidiati. Diploën aliquantum porosam, absque medullari cavo, habet.

FIGURA 60.

Pelvis a fronte et paullo superne visa.

a—k. Ossa *ilium.*

a. Crista ilium, cartilagine obducta, (vide fig. 62. *c.*) testamque dorsalem versus assurgens, ut tuberculo et foveolae articulari nonae costae conjungatur. (cf. Tab. II. fig. $5^{a.}$ *γ. δ.* et Tab. VI. fig. 12., ad quem locum musculi cristae affixi indicantur.)

b. Facies interna, sinuata; *cartilagine* ligamentosa sacro-iliaca vestita, ad excipiendos ossis sacri processus transversos. Vide fig. 64. *μ.*

d. Foveola cristae, ubi ad tuberculum a nona costa exstans accedit.

e. Ubi extremum inferius ossis ilium ad os pubis vergit. (Vide fig. 62.)

f. Ubi os ischii attingit. (ibid.)

h. Margo acetabuli iliacus. (ibid.)

i. Facies interna ossis ilium; cavum pelvis versus.

k. Facies externa ilium; musculum *glutaeum* adhaerentem habens. (Musc. 93.)

n—v. Ad ossa *pubis.*

n. Ramus ad acetabulum.

p. Margo acetabuli anterior.

q. Processus abdominalis cuspidatus; junioribus cartilagineus. Vide fig. 61. *r.*

s. Processus lateralis pubis. (Tab. VI. fig. 12. et fig. 62. *s. ξ.*)

t. Margo posterior; ad foramen obturatorium; sinuatus. Tab. VIII. fig. 18.

u. Symphysis ossium pubis.

v. Facies superior ad pelvis cavum. Musculum *iliacum internum* gerit. (Musc. 91.)

x. sz. ae. ü. Ad ossa *ischii.*

x. Ramus ischiadicus ad acetabulum. (cf. fig. 62.)

sz. Margo anterior, obturatorius. (Tab. VIII. fig. 18.)

ä. Symphysis ischiadica, pubis symphysin continuans. Tab. VI. fig. 12.

ü. Facies superior, ad pelvis cavum.

1. Foramen obturatorium. Tab. VIII. fig. 18.

3. Cavum pelvis; vide fig. 64.

FIGURA 61.

Pelvis, eodem situ ac praecedens, e juniore individuo. Singulis ossibus nondum coalitis eorumque limitibus etiamnunc conspicuis.

a—h. Ossa ilium. cf. fig. 60.

n—u. Ossa pubis; ibidem.

r. Cartilago, cuspidati processus loco, serius in os mutanda; punctis indicata.

ae. ü. sz. Ad ossa ischii; vide fig. 60.

4. Hiatus inter pubis et ischii ossa, *cartilaginem* interpositam habens, temporis successu in os abeuntem.

FIGURA 62.

Pelvis a latere; prouti in Syntaxi venit, Tab. VI. fig. 12.

c—m. Ossis ilium partes.

c. Cartilago summae cristae imposita; foveam impressam habens ad articulum cum testa dorsali, *ligamento capsulari* circumdatum. cf. fig. 64. *μ.'*

g. Fovea articularis, extremo inferiori ilium impressa; acetabuli partem superiorem efficiens.

k. Facies externa; unde musculus *glutaeus* (Musc. 93.) et *biceps cruris.* (Musc. 103.)

l. Margo anterior.

m. Margo posterior.

n—v. Ad pubis os.

o. Fovea articularis, parte acetabuli anteriore.

x—z. ö. ch. Ad os ischii.

y. Fovea articularis, in ramo ischii ad acetabulum; partem acetabuli posteriorem constituens.

z. Margo acetabuli ischiadicus.

ö. Tuber ischii. (cf. Tab. VI. fig. 12.)

ch. Facies inferior ossis ischii.

ξ. ξ. Ligamentum pelvis inferius tripertitum; a processibus lateralibus pubis (*s.*) et margine posteriore symphyseos ischiadicae ad sternum vergens. Ubi inseritur triplici loco. Vide Tab. II. fig. 5. ξ. ξ. 10. Reliquae notae ad figuram 60. explicantur.

FIGURA 63.

Pelvis e juniore (vide fig. 61.) eodem situ.

a—h. Ad os ilium.

o—v. Ad os pubis.

x—z. ae. oe. ch. tz. Ad os ischii.

tz. Margo posterior symphyseos ischiadicae. (cf. Tab. VIII. fig. 18.)

4. Hiatus inter pubis et ischii os. (vide fig. 61. 4.)

Reliqua explicata vide figg. 60. 61. 62.

FIGURA 64.

Pelvis cum osse sacro a fronte, ad situm partium figurae 53. respondens.

a—s. 1. 3. Ad *pelvim*. *a.* Crista ilium. *h.* Margo acetabuli iliacus. *p.* Margo acetabuli anterior, a pubis osse. *q.* Processus cuspidatus anterior pubis. *s.* Processus lateralis pubis.

1. Foramen obturatorium.

3. Cavum pelvis; sacrum inter et pelvis ossa.

19. 20. *e. i. u. u. Ossis sacri* partes.

19. Vertebra ossis sacri prima.

20. Vertebra secunda, ultima, sacri.

e. Processus obliqui anteriores vertebrae sacri primae, ultimae vertebrae dorsi processubus obliquis posterioribus jungendi.

i. Processus spinosi rudimentum.

u. u. Processus transversi; bini utrinque, maximi, ossa ilium attingentes; (cf. Tab. VIII. fig. 18.) intercedente *ligamento sacro-iliaco.* (*μ.*)

μ. Ligamentum sacro-iliacum; symphyseos sacro-iliacae loco. Processum transversum sacri ossis inter et faciem internam ossis ilium. (Fig. 60. *b.*) Producitur etiam ad cartilaginem usque, cristae ilium impositam. (fig, 62. *c.*)

Ceterum fortius contextum est hoc ligamentum, ad cardinis ligamenti naturam quadantenus accedens, nec capsularis structurae aliquid habens.

Motum pelvis arctius quodammodo circumscribit.

μ.′ Faciecula articularis laevigata, impressa cartilagini summam ilium cristam vestienti, ad processus transversos ossis sacri atque ligamentum sacro-iliacum usque excurrenti.

Circumpositum est *ligamentum capsulare*, articulum, quem cum testa dorsali init os ilium, cingens liberioremque pelvi motum concedens. De quibus insuper figg. 60. *d.* 62. *c.* Tab. II. fig. 3*a.* *γ.* *δ.* fig. 3*b.* ††. Tab. VI. fig. 13. *γ.* et quae hisce, superiore loco, accesserunt explicationes, consulendae sunt.

EXPLICATIO TABULAE DECIMAE QUINTAE.

FIGURA 65.

MUSCULI *totius corporis in Syntaxi, e testudine femina.*

Comparent, a ventre, prima musculorum strata, eo plane partium situ quem sceleton tenet, Tab. VII. VIII. fig. 18.

Ad quae demonstranda igitur sternum remotum est, musculis, qui huic nectebantur, ex insertionis loco solutis. Quorum musculorum nonnulos a sinistro latere prorsus resecui, quo minus delitescerent ii, qui sub ipsis decurrunt; dextro autem latere integerrimos omnes servavi, eodemque circiter positu quem, viventi animali et dum sterno adhaerebant, tenuerunt.

Quemadmodum enim, praeeuntibus artis nostrae summis instauratoribus, in qualibet re anatomica depingenda, illud inprimis adlaborandum est, ut ad vivum cuncta respondeant; ita in musculorum compagine delineanda, ne flaccidas et collapsas, vel explorante cultro divisas ac e sede sua dimotas partes exponerem, maximopere cavendum videbatur.

Tantum enim abfuit, ut gravi difficultate, molimen tale premente, absterrerer, ut ad majorem animi attentionem ab ea incitarer.

Scilicet, neglectis abstrusioribus, ea solummodo curare, quae ultro sese offerunt atque suapte natura in manus incidunt, socordiae esse, nec soliciti de rebus explorandis hominis, neque praeceptorum monumentis dignum, credidi.

Ceterum linearem tabulam subjunxi, eaque adjuvante notas arithmeticas musculis ita inscripsi, ut singuli suis et iisdem ubique siglis, per universum opus, veniant.

Pari modo ossibus etiam atque ligamentis, passim apparentibus, notas, ad sceleton, quod huic musculorum tabulae substratum est, (Tab. VIII. fig. 18.) respondentes, adposui. In qua re vero, ut compendio studerem, et paucissimis siglis et iis potissimum, quae ad universas partes pertinent, usus sum. Ita v. c. ossis brachii varias regiones communi nota (P.) indicavi; siquidem quae peculiaris ubicunque particula veniat, collatis tabulis sceleti et musculorum, facili negotio extricabitur.

Denique cum inter musculorum interstitia viscerum aliquid passim adpareat, utpote peritoneum, pericardium, vasa majora cordi appensa et id genus alia; etiam haec, quo melius ad sequentes tabulas, ubi magis patebunt, conferri possent, atque reciprocum partium situm illustrarent, praeter hujus loci necessitatem, leviter adumbravi.

Ossa.

A. Maxillae superioris margo.
B. Maxilla inferior.
P.' Brachii extremum inferius.
P. Tuber externum brachii.
R. Ulnae olecranon.
W. Extremum inferius femoris.
X. Tibia.
f. Extremum claviculae inferius.
s. Processus lateralis pelvis.
oe. Tuber ischii.

Ligamenta.

ε. Ligamentum scapulo-claviculare.
ν. Lig. pubis ischiadicum.
π. Lig. laterale genu internum.
ψ.' Lig. annulare tendinum flexorum; cui, propius a digiti pedis radice, *vaginans* quoddam *ligamentum,* paullo subtilius accedit. Ceterum ad solum digitum *quartum* pedis sinistri notam inscriptam gerit; cum in reliquis quatuor membrorum digitis facile cognoscatur.

Viscera et Vasa.

Γ. Γ.′ Peritoneum, abdominis viscera ambiens.

Γ.′ Ubi ad pericardium accedit ipsique cohaerens introrsum reflectitur.

Δ. Δ.′ Pericardium. Δ. Ubi ab amplexu peritonei liberum est.

Δ.′ Idem, sub peritoneo, hic loci pericardio agglutinato, latens. Extremus, sub peritoneo delitescens, pericardii ambitus linea punctim ducta indicatur.

Θ. Glandula thymi.

B. C. D. E. g. Vasa. B. Arcus aortae sinister. *C.* Arteria pulmonalis. *D.* Subclavia sinistra.

E. Carotis sinistra, e subclavia oriunda. *g.* Vena subclavia sinistra.

*. Cloacae ostium.

Musculi capitis et colli.

1. *Temporalis.*

e fossa temporali; (Tab. X. fig. 24^B. Λ. 7. 8.)

ad processum coronoideum et cristam asperam maxillae inferioris. (Tab. XIII. fig. 37. sigl. 21. 22.)

3. *Digastricus maxillae;*

a processu mastoideo, (Tab. X. fig. 24^B. sigl. 10.)

ad angulum mandibulae. (Tab. XIII. fig. 38. sigl. 19.)

13. *Mylohyoideus;* transversus inter maxillae ramos.

14. *Omohyoideus;* scapulam inter et claviculam sinistri artus aliquantulum innotescens. Apertior Tab. XVI. dextrorsum.

15. *Geniohyoideus;* parumper adparens, mylohyoideum inter et latissimum colli. Manifestum vide eundem Tab. XVI.

16. *Hyomaxillaris,* ubi angulo mandibulae inseritur. (ibid.)

18. *Hyoglossus;* juxta geniohyoideum paullo conspicuus. (Evidentiorem vide Tab. XVI. sinistrorsum.)

21^a. 21^b. *Latissimus colli.*

21^a. Pars posterior; a sterno, cui inhaerebat, soluta. (cf. Tab. II. fig. 5. o. o. o.)

21^b. Pars anterior, collum ambiens, ad mandibulam et occiput usque.

22. *Sternomastoideus* uterque, a sterno sejunctus; in quo insertionis locum vide Tab. II. fig. 5. z. Ipsum vero musculum evidentiorem habet Tab. XVI.

Musculi abdominis.

40. 40.′ *Obliquus abdominis;* tenuis; e duplici strato fibrarum — obliquo *ascendente* et *descendente* dicas — conflatus, a sterno, cui altero margine inseritur, recisus; (vide ibid. t. t.) altero extremo testae dorsali (ibid. fig. 5^b. t. t.) et peculiaris fasciculi ope (40.′) processui laterali pubis adhaerens. (Tab. VIII. fig. 18. *s.*)

41. 41.^a 41^b. *Transversus abdominis,* sub obliquo abdominis latens; dextrorsum parum manifestus; evidentior sinistro latere, demto musculo obliquo.

41. Pars musculosa, a testa dorsali oriunda. (cf. Tab. II. fig. 5^b. s. s.)

41^a. Funiculi tendinei a sterno, prope cardinem recisi. (ibid. fig. 5. s. s. s.)

41^b. Tendinosa pars, a medio sterno, cui adhaerebat, soluta. (ibid. s. s.)

Musculi pelvis.

43. *Attrahens pelvim,* a sterno remotus, ubi vide insertionis aream. Tab. II. fig. 5. sz. sz. sz.

Ad processum lateralem pubis. (Tab. VI. et VIII. fig. 12. et 18. *s.*)

44. *Retrahens pelvim;* e sterni loco tz. tz. (Tab. II. fig. 5.) solutus.

Uterque musculus continuus fere et positu minus, quam actione diversus.

Recti abdominis forte indicium.

Musculi caudae.

47. *Extensor caudae*, parum notabilis; apertior Tab. XVIII.

49. 49. *Flexor caudae inferior*, restiformis; ad extremam caudam usque. (cf. Tab. XVI. ubi apertior.)

53. 53. *Sphincter cloacae;* ambiens cloacam, media aponeurosi. Accessoria pars ad flexoris caudae inferioris (Musc. 49.) superficiem divergit.

Quarum partium universa ratio haec est:

Oritur ab osse sacro, a primis tribus vertebris coccygeis, a processibus transversis vertebrarum coccygis quartae et quintae; parte demum accessoria, a superficie musculi flexoris caudae inferioris.

Quae convergentes utrinque fibrae in aponeurosin coëunt, mediae cloacae substratam et ad symphyseos ischiadicae marginem posteriorem insertam.

54. *Dilatator cloacae;* sphincteris aponeurosi extrorsum appositus; a margine posteriore ischii ad cloacae oras.

Musculi artus anterioris dextri.

56. *Pectoralis major;* a sterno resectus. Vide insertionis hujus aream. Tab. II. fig. 5. &. &. &. &.

Ad brachii tuber internum inseritur, (Tab. VIII. fig. 18. *P.* 4.) et ultra in aponeurosin desinit, cujus exigua pars residua, potiore resecta.

57. *Serratus magnus.* Sub pectorali parum conspicuus; apertior latere sinistro, quod vide.

60. $60^{b.}$ *Deltoidis* partes; vide latus sinistrum, ubi evidentiores.

$65^{a.}$ $65^{b.}$ *Triceps brachii.*

$65^{a.}$ Pars a tubere claviculae. cf. Tab. VI. fig. 17. *m.*

$65^{b.}$ Altera pars a deltoidis (Musc. 60.) tendine et brachii convexa facie, introrsum. Tab. VIII. fig. 18. *P. z.*

Tertia pars hoc situ latet; sinistro vero brachio comparet. ($65^{c.}$)

Junctim olecrano ulnae inseruntur. (Tab. VI. VIII. fig. 12. et 18. *R.* 21.)

$66^{a.}$ $66^{b.}$ *Biceps brachii.* Manifestus latere sinistro, quod confer.

67. *Brachialis internus.* (apertiorem habebit Tab. XVI.)

A tendine deltoidis et tubere interno brachii atque a facie cavata brachii; (Tab. VIII. fig. 18. *P. 4. z.'*)

Ad radii et ulnae superius extremum; introrsum.

73. *Ulnaris internus.* (Evidentior paullo ad artum sinistr. Tab. XVI.)

A tubere supra condylum brachii externum; Tab. VI. fig 12. *P.* 10.)

Ad carpi externum latus et metacarpum digiti minimi finitimum.

74. *Ulnaris externus.* (cf. Tab. XVI. antibrach. dextr.)

A tuberositate supra condylum internum brachii; (Tab. VIII. fig. 18. lat. dextr. *P.* 9.)

Ad carpum prope ulnam.

76. *Radialis externus longus.* (vide Tab. XVI. utrinque.)

A tuberositate supra condylum internum brachii; (Tab. VIII. fig. 18. dextr. lat. *P.* 9.)

Ad radii marginem internum, metacarpotenus pollicis.

77. *Radialis externus brevis.*

A tuberositate supra condylum internum brachii; (ibid.)

Ad carpi dorsum; introrsum.

78. *Supinator longus.*

Supra tuberositatem condyli interni brachii oriundus; vide latus sinistr.

80. *Extensor communis digitorum manus.*

A tuberositate condyli interni brachii; (Tab. VIII. fig. 18. *P.* 9.)

Ad metacarpos digitorum, prope basin.

81. *Extensor proprius pollicis;* sub praecedente musculo emergens, ut inseratur ossi metacarpi pollicis.

Apertiorem vide Tab. XVI.

82. *Extensor proprius digiti minimi.*

A carpo, ubi musculi ulnaris externi tendo inseritur. (Musc. 74.)

Ad metatarsum primamque phalangem digiti minimi.

83. 83. *Extensores quinque breves digitorum manus.* (Ad digitum minimum et pollicem, nec apud tres medios digitos notis indicati.) Evidentissimi Tab. XVI. ad dextr. man.

A carpi dorso, metacarporum et primarum phalangum;

ad apicem dorsalem ultimarum phalangum. (Tab. VI. fig. 14. sigl. 66.)

84. *Abductor pollicis.*

A carpi latere interno;

ad primae phalangis pollicis latus.

88. *Quatuor flexores breves digitorum*, seu *lumbricales profundi.* (Soli primo nota inscripta est.)

Ab ossiculis duobus volae manus; (Tab. VIII. fig. 21. not. 40. 41.)

ad phalangum latera. cf. Tab. XVI. sinistr. man.

89. *Interossei digitorum manus externi quatuor.* (Detecti prorsus Tab. XVI. dextrorsum.)

Metacarporum interstitia explent, ut finibus suis primis phalangibus quatuor priorum digitorum inserantur. (Notae, praeter primum, aliis non adjectae.)

Musculi membri anterioris sinistri.

Remoto ex hoc latere musculo *pectorali majore* (Musc. 56.) ii potissimum musculi, qui circa scapulam sunt positi, comparent. Cum hisce, ob situm membri supinum, qui antibrachii pronam partem et volam manus tenent.

57. *Serratus magnus.*

A testa dorsali (Tab. II. fig. $5^{b.}$ r. r.) et a sterno, prope cardinem, (ibid. fig. 5. r. r. r.) unde nunc, sterno remoto, solutus est.

Ad scapulae superiorem faciem. (Tab. VI. fig. 12. *O. w.*)

$60^{a.}$ $60^{b.}$ $60^{c.}$ *Deltoides.*

$60^{a.}$ Caput maximum, e fovea sterni solutum. cf. Tab. II. fig. 5. y. y.

$60^{b.}$ Pars altera, a ramo horizontali claviculae. (Tab. VIII. fig. 18. *N. c.*)

$60^{c.}$ Pars tertia, ex angulo claviculae. (Tab. XIV. fig. 55. *i.*) Evidentior Tab. XVI. dextrorsum.

Quae omnes partes ad tuberculum minus collumque brachii conveniunt. Tab. VIII. fig. 18. *P.* 4.

62. *Superscapularis*, supraspinato et infraspinato aliorum animalium respondens.

A facie inferiore scapulae; (Tab. VIII. fig. 18. *O. x.*)

Ad tuberculum brachii internum. (ibid. *P.* 4.)

64. *Subscapularis.*

E facie superiore scapulae; (Tab. VI. fig. 12. *O. w.*)

ad tuber externum brachii. (ibid. *P.* 5.)

$65^{a.}$ $65^{b.}$ $65^{c.}$ *Triceps brachii.*

$65^{a.}$ $65^{b.}$ Caput primum et secundum; vide ad brachium dextrum.

$65^{c.}$ Caput tertium, a facie convexa brachii, extrorsum. (Tab. VI. fig. 12. *P. z.*)

66.′ $66^{a.}$ 66.″ $66^{b.}$ *Biceps brachii.*

A scapulae margine posteriore; (Tab. VIII. fig. 18. *O. v.*)

ad ulnam cum *brachiali interno* (Musc. 67.) et ad radium. (Tab. VIII. fig. 18. sinistrorsum *Q.* 12.)

Atque quidem:

66.′ Caput primum; $66^{a.}$ tendo hujus capitis, musculo brachiali interno confluens.

66.″ Caput alterum; $66^{b.}$ Ubi e strangulato tendineo loco, in quem apud tubera brachii coarctabatur, in novum ventrem intumescit; ut in tendinem iterum gracilescat, novissime ad radium inserendum.

67. 67. *Brachialis interni* portiones. Vide latus dextr. et Tab. XVI.

68. *Palmaris.*
A tubere condyli brachii externi; (Tab. VI. fig. 12. *P.* 10.)
ad volam manus et aponeurosin musculi *flexoris digitorum profundi.* (Musc. 70.)

69. *Flexor sublimis.*
A tubere supra condylum brachii externum; (Tab. VI. fig. 12. *P.* 10.)
ad metacarpum digiti quinti et carpum; musculo *ulnari* interno confluens. (Musc. 73.)

70. *Flexoris profundi tendines ultimi;* apertiores Tab. XVI. sinistr.
Ad tubera baseos extremarum phalangum inserti.

71. *Pronator teres.*
Supra condylum brachii externum oriundus;
ad os carpi et metacarpi pollicis.

73. *Ulnaris internus;* paullo adparens. (cf. latus dextr.)

75. *Radialis internus;* juxta pronatorem teretem paullum emergens. Manifestus Tab. XVI. ubi describitur.

76. *Radialis externus longus;* vide dextrum latus.

78. *Supinator longus.*
A brachio, supra condylum internum;
ad marginem internum radii et os carpi internum, minimum. (Tab. VIII. fig. 18. *S.* 51.)

82. *Extensor proprius digiti minimi;* vide latus dextrum.

84. *Abductor pollicis;* ibidem.

85. *Abductor digiti minimi;* omni ambitu evidentior. Tab. XVI. ad man. sinistr.

87. *Lumbricales manus externi, quini;* pollici simplex, reliquis digitis bipertiti. (Secundo soli nota inscripta.)
Ab aponeurosi quae *palmari* (Musc. 68.) et *flexori profundo digitorum* (Musc. 70.) communis est,
ad primas digitorum phalanges.

88. *Flexores digitorum breves;* seu lumbricales profundi. cf. latus dextrum; et Tab. XVI. ubi ad man. sinistr. apertiores.
Ad digitos secundum, tertium et quartum adparent; delitescente sub hoc situ, fasciculo quarto, ad digitum quintum pertinente.

Musculi membri posterioris dextri.

94. *Glutaeus alter.* Apertissimum vide Tab. XVI. sinistrors.
A symphysi sacro-iliaca, ab ultimis dorsalibus, a sacralibus et a primis coccygeis vertebris;
ad trochanterem utrumque. (Tab. VI. fig. 12. Tab. VIII. fig. 18. Tab. XIV. fig. 59. *W.* 9. 10.)

98. *Pectineus;* parum evidens, gracilem inter et semimembranosum. Apertiorem eundem vide Tab. XVI. dextrorsum.

101. *Vastus internus.*
A facie interna femoris; cum tendine communi extensorum cruris; (*recti femoris;* Musc. 99. *vasti externi;* Musc. 100. et *crurei;* Musc. 102.)
ad tuber anterius tibiae. (Tab. VI. fig. 12. Tab. VIII. fig. 18. *X.* 23.)

104. 104.′ *Semitendinosi* pars; retro semimembranosum (Musc. 105.) comparens; sub eo mox delitescens atque in poplite iterum emergens, (104.′) ubi, tendine fisso et tibiae et musculo *gastrocnemio* (Musc. $114^{b.}$) inseritur.
Eminentiorem vide hunc muscul. Tab. XVI.

$105^{a.}$ $105^{b.}$ *Semimembranosus;* cf. latus sinistrum.
Duplici origine, altera ($105^{a.}$) a primis vertebris coccygis; a tubere ischii et ligamento pubis ischiadico altera.
Ad tibiae extremum superius, retrorsum, desinit.

106. *Sartorius;* vide latus sinistrum.

A ligamento pubis ischiadico; (*v.*)

Ad tendinem communem extensorum cruris; vide apud *vastum internum.* (Musc. 101.)

107. *Gracilis;* origine in latere sinistro apertiore.

A medio ligamento pubis ischiadico; (*v.*)

ad tibiae superius extremum, extrorsum. (cf. fig. 23. Tab. VIII. *X.* 25.)

108. *Extensor communis digitorum pedis.*

Ab asperitate ante condylum externum femoris; (Tab. XIV. fig. 58. *IV.* 18.)

ad primas digitorum phalanges; ultimasque pollicis; vide latus sinistrum.

109. *Tibialis anticus.*

A facie anteriore margineque interno tibiae;

ad tarsi et metatarsi hallucis latus internum.

111. 111. 111.′ *Extensores breves digitorum pedis quatuor.* cf. Tab. XVI. ubi ad pedis dextri dorsum apertiores comparent.

A dorso ossium tarsi secundi strati, metatarsi, atque phalangum primarum.

111.′ Ubi origo talis, a metatarso hallucis, comparet. Ad apicem dorsalem phalangis ultimae. (Tab. VI. fig. 15. sigl. 75.)

112. *Extensor proprius hallucis;* sub extensore communi digitorum paullo emergens, ut ad primae phalangis latus deflectat. (Manifestus Tab. XVI.)

113. *Abductor hallucis;* retro basin primae phalangis hallucis notabilis; apertiorem eundem habet latus sinistrum.

114[b]. Caput *gastrocnemii* alterum.

Ab extremi superioris tibiae margine interno, mediotenus; extrorsum descendens excipit *semitendinosi* tendinem 104.′ alterique capiti conjungitur.

Quam omnem decursus rationem vide ad latus sinistrum, 114[a.] 114[b.]

115. *Plantaris;* in poplitis regione et pone crus aliquantum comparens; vide latus sinistrum et apertiorem eundem decursum Tab. XVI. dextrorsum.

117. *Flexoris longi digitorum pedis* vestigium prope gastrocnemium et ad ultimarum phalangum basin. (Tab. VI. fig. 15. sigl. 77.)

Explanatum vero hunc muscul. vide Tab. XVI. sinistr.

118. *Flexores breves digitorum pedis.*

Quatuor fasciculi inde a secundo digito ad quinti rudimentum usque. cf. latus sinistr. et eosdem paullo apertiores Tab. XVI.

119. *Tibialis posticus,* retro anticum parumper conspicuus. cf. Tab. XVI.

120. *Interrossei cruris* obscurior decursus; apertiorem paullo vide Tab. XVI. sinistro artu.

121. *Lumbricalium externorum* pars ad hallucem excurrens. Omnem lumbricalium seriem apertissimam exhibet latus sinistrum.

122. *Interossei digitorum pedis dorsales.*

Quatuor fasciculi, quorum primus et ultimus notis indicantur. cf. Tab. XVI. dextrorsum.

Musculi artus posterioris sinistri.

Demtis huic lateri musculis obliquo abdominis (*Musc. 40.*) *et* attrahente *atque* retrahente pelvim, (*Musc. 43. et 44.*) *omne primum musculorum stratum, circa pelvim et femur, apertius factum est.*

Monstrat insuper haec extremitas musculos plantae pedis; cum in dextro latere, prono partium situ, dorsales potius comparuerint.

91. 91.′ *Iliacus internus.*

A facie superiore et processu cuspidato pelvis; (Tab. VI. fig. 12. Tab. VIII. fig. 18. *V. q.* Tab. XIV. fig. 60. *v. q.*)

ad femoris corpus, trochanterem minorem versus; (Tab. VIII. fig. 18. *W*. 10.) Quorsum tendens conspicitur 91.′

94. *Glutaei alterius* pars. cf. Tab. XVI.

95. *Obturatorii interni* vestigium prope glutaeum.

Apertiorem vide illum. Tab. XVI.

97. 97.′ *Triceps femoris adductor.*

A facie inferiore pelvis (Tab. VIII. fig. 18. *V*. *w*.) membranaque obturatoria;

Ad trochanterem minorem. (Tab. VIII. fig. 18. *W*. 10.)

97.′ Qua via pergit ad hunc insertionis locum.

101. *Vastus internus.* (vide latus dextrum.)

103. *Bicipitis cruris*, ad fibulam tendentis, pars. cf. Tab. XVI.

Manifestum universo decursu hunc muscul. habebit Tab. XVIII.

104. 104.′ *Semitendinosi* partes.

104.′ Ubi in tendinem mutatus ad tibiam et ad gastrocnemium (Musc. 114^{b}.) deflectit.

105^{a}. 105^{b}. *Semimembranosus.*

A coccyge et a tubere ischii atque ligamento pubis ischiadico; (Tab. VIII. fig. 18. *H*. 21. 22. *V*. *oe*. *v*. ad tibiam. cf. latus dextr.

106. *Sartorius;* cujus origo a ligamento pubis ischiadico (*v*.) eminens. Reliqua vide ad latus dextrum.

107. *Gracilis.*

A medio ligamento pubis ischiadico; (*v*) rel. dextro latere exponuntur.

108. *Extensoris communis digitorum* particula, quae, ad hallucis internum latus, ultimae phalangi inseritur; ceter. vide latus dextr.

109. *Tibialis anticus;* vide artum dextrum.

111. 111. 111. *Extensoris brevis digitorum* vestigia; ad latus externum digiti quarti et passim ad dorsum phalangum emergentia. (cf. dextr. latus.)

112. *Extensor proprius hallucis;* ubi primae phalangi inseritur. De reliquis consule Tab. XVI.

113. *Abductor hallucis.*

A tendine musculi tibialis antici et osse metatarsi hallucis.

ad basin primae phalangis hallucis.

114^{a}. 114^{b}. *Gastrocnemius.*

114^{a}. Caput primum a scabrositate condyli femoris externi. (Tab. VI. fig. 12. Tab. XIV. fig. 58. et 59. *W*. 16.

114^{b}. Caput alterum a tibiae margine externo; retrorsum descendens excipit tendinem *semitendinosi*. (104.′)

Ad ossiculum tarsi externum atque digiti minimi radicem inseritur; desinens ceterum in aponeurosin plantarem, truncatam hac figura.

115. 115. 115. *Plantaris.*

A margine acuto supra condylum externum femoris, retrorsum; Tab. VIII. fig. 18. Tab. XIV. figg. 58. et 59. *W*. 19.)

confluit, cum substratis musculis, *soleo* (Musc. 116.) et *flexore longo digitorum pedis* (Musc. 117.) in communem tendinem aponeuroticum (115.′), ad tarsi utrumque latus digitique minimi rudimentum et novissime, fissis extremis, ad digitorum phalanges ultimas insertum.

117. *Extremi tendines flexores*, *plantarem* (Musc. 115.) inter et *soleum* (Musc. 116.) atque *flexorem longum digitorum* (Musc. 117.) communes;

ad basin ultimarum phalangum inserti. (Paullo apertiores Tab. XVI.)

118. *Flexores breves digitorum pedis;* quatuor.

A tarsi posteriore regione,

ad phalangum penultimarum latera; filamento tendineo passim ad extremam phalangem usque excurrente.

119. *Tibialis postici* et

120. 120. *Interossei cruris* vestigia. (cf. Tab. XVI.)

121. 121. *Quatuor lumbricales externi pedis.*

A tendine flexorum digitorum pedis.

Fissis extremis ad basin primarum phalangum digitorum pedis quatuor priorum; productis, apud secundum, tertium et quartum digitum, intra ligamenta vaginantia tendinum, filamentis ultimis ad secundam usque phalangem.

123. *Interossei digitorum pedis plantaris* indicium juxta quartum digitum; quem musculum apertiorem habebit Tab. XVIII.

EXPLICATIO TABULAE DECIMAE SEXTAE.

FIGURA 66.

Continuatur musculorum *explicatio, incoepta superiore, decima quinta, tabula; eodem sceleti situ similique universim modo.*

Igitur demtis passim, utrinque vel ex alterutro latere, prouti necessarium visum est, prioribus stratis, sufficienter expositis, denudata nunc, quae profundiora, comparent.

Et quoniam, remotis musculis abdominalibus, opportunitas viscerum imi ventris in situ explorandorum facta erat, peritoneo atque pericardio incisis, penitiora jam aperienda videbantur; procul tamen habitis omnibus viscerum partibus ultra claviculae limites assurgentibus; quo minus musculis colli demonstrandis obstarent.

Ossa.

A. A.' B. D. f. g. η. Capitis partes. A. Margo maxillae superioris. *A.'* Basis cranii, haud procul ab occipitis condylo. *B.* Maxilla inferior.

D. f. g. Hyoides. *D.* Corpus. *f. f.* Cornua majora. *g.* Cornu minus sinistrum.

η. Foramen palatinum posterius, in palato osseo evidens.

N—T. Ossa extremitatum anteriorum. N. Clavicula. *O.* Scapula.

P. P.' P.'' Brachium. *P.* Tuber externum. *P.'* Extremum inferius. *P.''* Tuber internum.

Q. Q.' Radius. *Q.'* Extremum inferius. *R.* Ulnae olecranon.

S. S.' Carpi ossa varia. *S.* Os carpi e secundo strato tertium. Tab. VIII. fig. 18. not. 33. *S.'* Carpi os primum tertii strati. (ibid. 31.)

T. Os metacarpi pollicis.

V—Z. Æ. Extremitatum posteriorum ossa.

V. s. oe. Ad pelvim. *s.* Processus lateralis pubis. *oe.* Tuber ischii.

W. W.' Femur. *W.* Extremum inferius. *W.'* Trochanter minor.

X. Tibia. *Y.* Fibula.

Z. Z.' Ad tarsum. *Z.* Astragalus. *Z.'* Os tarsi secundi strati internum. (Tab. VIII. fig. 18. not. 45.)

Æ. Metatarsus hallucis. (ibid. 54.)

Ligamenta.

ι. Ligamentum scapulo-claviculare. *ν.* Lig. pubis ischiadicum. *ο.* Lig. obturatorium. *π.* Lig. genu laterale internum. *ψ.'* Lig. annulare tendinum flexorum.

Viscera.

A. Cordis ventriculus, in aperto pericardio conspicuus.

B. Auricula cordis sinistra; B.′ dextra.

Б. Fasciculus musculosus, arterias e cordis ventriculo excurrentes cingens.

Γ. Γ. Γ. Γ. Peritoneum, ad cavi abdominis confinia sectum.

Γ.′ Γ.′ Idem, ubi ad pericardium pergit, dissectum.

Δ. Δ. Pericardii aperti, a sectione residua pars; extra peritonei amplexum comparens.

Δ.′ Δ.′ Ubi sub peritoneum extenditur extremus pericardii ambitus.

·Δ. Cavum pericardii, spatiosum; laxius circa cor circumducto hoc involucro.

E. Trachea, ubi pone thymum descendit, ut divisa mox abhinc in utrumque bronchum abeat.

E.′ Bronchus sinister; post divisionem tracheae paullo adparens. E.″ Bronchus dexter.

Z. Pulmo sinister; qua parte reflexo peritoneo vestitur. Z.′ Pulmonis sinistri pars extra peritoneum comparens, et ab eo intacta. Z.″ Pulmo dexter, nudus hoc loco, nec peritoneo obductus.

H. Glandula salivalis sublingualis.

Θ. Thymus.

I. Hepatis lobus dexter. I.′ Ejusdem lobus sinister.

K. Ventriculus; hepate plurimum tectus, quatenus intra peritoneum comparet; igitur ad scapulae regionem usque, nec ultra, depictus.

K.′ Ubi pars pylorica ventriculi infra hepar emergit; dextrorsum vergens.

Neglexi hac figura, ut musculis exponendis potiorem locum concederem *oesophagum*, tracheam inter et musculum retrahentem capitis colliqne (Musc. 27.) sinistrorsum ad ventriculum deflectentem; quem partium situm, ob vasa tegentia hic latentem, apertiorem habebit Tab. XX.

Λ. Intestinorum gyri.

M. M. M. Oviductus sinister; intestinorum simillimus, a pelvi ad hepar usque assurgens. M.′ M.′ Oviductus dextri partes; pari situ.

N. Ovarii sinistri pars; ovis non multum evolutis scatens. N.′ Ovarium dextrum.

Ξ. Vesica.

Π. Π.′ Bursae anales; sinistra et dextra; extra peritoneum collocatae.

Vasa arteriosa.

A. Aortae communis truncus e corde emergens. *A.*′ Arcus aortae dexter. *B.* Arcus aortae sinister.

C. Arteriae pulmonalis truncus. *C.*′ Arteria pulmonalis sinistra. *Ç.* Eadem ubi, ex ampliore canali subito gracilescens, bronchum sequitur suum. (Ad eundem canalem ampliorem desinentem junioribus *ductus arteriosus Botalli* appensus est; adultis obliteratus constanter.) *C.*″ Arteria pulmonalis dextra.

D. Arteria subclavia sinistra. *D.*′ Arter. subclavia dextra. Utraque ex Aorta communi oriunda.

E. Carotis sinistra; *E.*′ Carotis dextra; e subclaviis.

F. Arteria axillaris sinistra, e subclavia continuata.

Dextrae, utpote a sui lateris subclavia (*D.*′) facile derivandae, nota non inscripta est.

Venae.

g. Vena subclavia sinistra.

h. Vena brachialis sinistra.

i. Vena jugularis sinistra. Utraque confluens in subclaviam.

x. *x.*′ Venae umbilicales s. *ventrales* duae, truncatae ubi absoluto per exteriorem ventris parietem ascensu ad abdominis cavum deflectunt altera dextrum, sinistrum altera hepatis lobum petens.

Musculi capitis et colli.

Remotis e primo strato mylohyoideo (*Musc. 13.*) *et* latissimo colli (*Musc. 21ª. 21ᵇ.*) *dextrorsum comparent:*

1. *Temporalis.* (cf. Tab. XV.)

2. *Pterygoideus;* evidentior Tab. XVII. fig. 67.
   E fossa pterygoidea; (Tab. X. fig. 24^B. III.)
   ad tuber condyli maxillae internum. Tab. XIII. fig. 38. not. 26.

3. *Digastricus maxillae.* cf. Tab. XV.

14. 14. *Omohyoideus.*
   A margine anteriore sinuato scapulae; (Tab. XIV. fig. 53. *u.*)
   ad utrumque cornu et excisum marginem finitimum corporis hyoidei.

15. *Geniohyoideus.*
   A margine posteriore arcus maxillae inferioris; congeneri, nobis demto, concretus;
   ad cornu majoris hyoidei marginem posteriorem.

16. *Hyomaxillaris.*
   Ab extremo cornu majore hyoidis;
   ad condylum maxillae inferioris, introrsum.

17. *Genioglossus.*
   Ab arcu mandibulae retrorsum, propius ab oris cavo quam geniohyoideus;
   ad ossiculum triquetrum et hyoidis corpus propinquum.

18. *Hyoglossus;* a geniohyoideo plurimum tectus; evidentior sinistro latere, quod vide.

22. *Sternomastoideus.*
   A sterni jugo, (Tab. II. fig. 5. z.) unde solutus;
   ad processum mastoideum retrorsum, introrsum. Quod, dextro latere, sub *omohyoideo* (Musc. 14.) delitescens extremum vide servatum apertiusque parte sinistra.

26. *Trachelomastoideus;* apertior paullo sinistro latere, quod vide.

27. *Retrahens capitis collique;* cf. latus sinistrum, ubi manifestior.

28. 28. *Longus colli;* prope vertebras imbricatim assurgens. Explicatur ad Tab. XVII. fig. 67.

34. *Scalenus;* (Evidentiorem habebit Tab. XIX.)
   A margine interno claviculae. (Tab. XIV. fig. 53. *h. h.*)
   Digitatis extremis ad processus transversos vertebrarum colli, ab octava ad tertiam, vel secundam.

Sinistro capitis colliqué latere, demtis Mylohyoideo, (*Musc. 13.*) Omohyoideo, (*Musc. 14*) Latissimo colli, (*Musc. 21.*) Temporali, (*M. 1.*) Digastrico maxillae, (*M. 3.*) Geniohyoideo, (*M. 15.*) Sternomastoidei *maxima parte* (*M.* 22.) *et* Scaleno, (*M. 34.*) *comparent:*

2. *Pterygoideus;* vide latus dextr.

17. *Genioglossus;* ibidem.

18. *Hyoglossus.*
   A cornu majore hyoidis;
   ad glandulam sublingualem, corpus et ossiculum triquetrum hyoidis. (cf. Tab. XIII. fig. 42. *e*) atque linguae contextum.

22. *Sternomastoidei* truncati extremum; cornua hyoidis inter et collum, ad processum mastoideum vergens. Vide latus dextrum.

25. *Splenius capitis.* (Apertiorem eundem musculum habebit. Tab. XVIII.)
   A testa dorsali, ante primam costam. Vide insertionis locum Tab. II. fig. 3ᵇ. 1.
   ad cristam occipitis et temporalem. Tab. X. fig. 24^B. sigl. 7. 8.

26. *Trachelomastoideus.*
   Duplici origine a crista inferiore media vertebrae colli secundae et tertiae. (Tab. VIII. fig. 18. *E. l.*)

Bipartito fasciculo (hyoidis cornu majus transmittente) ad cristam temporalem desinens et ad processum mastoideum, occiput prope.

27. *Retrahens capitis collique.*

A latere corporum vertebrarum dorsi, quintae ad octavam, vel nonam costarumque capitulis finitimis; (cf. Tab. II. fig. 3$^{b.}$ d. d. d. d. d. ubi locus insertionis et Tab. XX. ubi universus musculi decursus, a latere, patent.)

Quadruplici extremo desinit: Tribus tendinibus, ad processum transversum vertebrarum colli sextae, quintae et quartae, musculosque *intertransversarios* finitimos. (Musc. 56.) Quarto extremo, longissimo, ad foveam basilarem occipitis; cf. Tab. X. fig. 25$^{B.}$ ω. ω.

28. 28. 28. *Longus colli.* (vide Tab. XVII. fig. 67.)

29. *Rectus capitis anterior longus*, aliquatenus innotescens; evidentior Tab. XVII. ibid.

30. *Rectus capitis anterior minor.*

Ab atlantis corpore;

ad foveam basilarem. (Tab. X. fig. 25$^{B.}$ ω. ω.)

35. *Spinalis cervicis.*

A testae dorsalis laminis mediis prioribus; Tab. II. fig. 3$^{b.}$ k. k.

ad processus obliquos posteriores et dorsum vertebrae colli septimae, ad tertiam usque.

Ex abdominis regione, *qui ventrem tegebant musculi*, obliquus *et* transversus (*Musc. 40. et 41.*) *utrinque recisi; ita*

Pelvim regentes musculi, attrahens, retrahensque (*Musc. 43. et 44.*) *remoti; ut nudi compareant musculi a pelvi ad artum posteriorem descendentes.*

Ad Caudam, *sejunctis* cloacae sphinctere (*Musc. 53.*) *et* dilatatore, (*Musc. 54.*) *dextrorsum conspiciuntur:*

47. *Extensor caudae;* a dorso propior, neque nisi parumper e latere exstans. Evidentior Tab. XVIII. ubi explicatur.

48. *Flexor caudae lateralis.*

Ab angulo ossis ilium posteriore, ab osse sacro et a processibus transversis novem fere priorum vertebrarum coccygis;

ad corporum vertebrarum coccygis latera; fasciculis frequenter decussatis et musculo flexori caudae inferiori contextis.

49. *Flexor caudae inferior.* Fasciculorum numerosa serie oritur

a facie inferiore ossis sacri et singularum vertebrarum coccygis, finitima quaelibet, descendendo, superscandens; ut inseratur

ad remotiora quaecunque ossiculorum coccygis corpora, eorumque processus inferiores medios.

50. *Flexor caudae lumbalis.*

A corpore vertebrae dorsi sextae et finitimarum retro; aliis *flexoribus* (Musc. 49. 51. 52.) intertextus et in communem fasciculum restiformem cum illis conjunctus,

lateri inferiori et processubus transversis vertebrarum coccygis inseritur.

51. *Flexor caudae obturatorius.*

A margine anteriore foraminis obturatorii; (Tab. XIV. fig. 60. *t.*) *flexori caudae lumbali* (Musc. 50.) et *ischiadico* (Musc. 52.) contextus.

52. *Flexor caudae ischiadicus.*

A symphysis ischiadicae margine posteriore;

ad communem flexorum caudae fasciculum, versus decimam coccygis vertebram delitescens demum.

Qui omnes igitur quini *musculi caudae flexores* (48—52.) infra caudam utrinque a cristis mediis inferioribus ad processus transversos usque regnantes, duobus porriguntur fasciculis, ita contextis, ut quisque fibris decussatis, aliis extrorsum, introrsum aliis descendentibus, ceterum promiscue musculosis et tendinosis componatur.

55. *Protrahens clitoridis,* (vel *penis*) ubi, e pelvi emergens, circa musculos *flexorem caudae lumbalem, obturatorium* et *ischiadicum* (Musc. 50. 51. 52.) reflexus, ad cloacam pergit.

Vide musculi *protrahentis penis* universum decursum, a latere; Tab. XVII. fig. 72.

Sinistro caudae latere, remotis reliquis, soli

Flexor caudae lateralis et

flexor caudae inferior, conspiciuntur, (Musc. 48. et 49.) quorum descriptionem vide ad latus dextrum.

Musculi artus anterioris dextri.

Demti e priore strato Pectoralis major, (*Musc. 56.*) Deltoidei *partes binae,* (*Musc.* 60^{a}. 60^{b}.) Superscapularis, (*Musc. 62.*) Tricipitis brachii *pars,* (*Musc.* 65^{b}.) Biceps brachii, (*M. 66.*) Radialis externus brevis, (*M. 77.*) Extensor commun. digitorum, (*M. 80.*) Extensor proprius digiti minimi (*M. 82.*) *et* Abductor pollicis. (*M. 84.*)

57. 57. 57. 57. *Serratus magnus,* passim per musculorum interstitia comparens. cf. Tab. XVI. lat. sinistr.

58. 58. *Latissimus dorsi.*

E testa dorsali; ab interna facie primae costae; (cf. Tab. II. fig. 5^{b}. p. ubi area insertionis indicatur.) ad collum brachii.

59. *Subclavii* testae dorsali adhaerentis vestigium aliquantulum adparens. Evidentiorem hunc musculum vide Tab. XVII. fig. 67.

60^{c}. *Deltoidis* pars tertia;

e claviculae angulo, (Tab. XIV. fig. 55. *i.*)

ad tuber brachii minus; reliquis partibus abscissis, quas descriptas vide Tab. XV.

63. *Teres minor.*

A margine posteriore scapulae, prope ipsius extremum articulare.

ad ligamentum humeri capsulare et foveam inter utrumque humeri tuberculum. (cf. Tab. XIV. fig. 57. *P.* 5.)

64. *Subscapularis.* (cf. Tab. XV. lat. sinistr.)

65^{a}. 65^{c}. Primum et tertium *tricipitis brachii* caput; reciso secundo. (cf. Tab. XV.)

66^{b}. Tendo secundi capitis *bicipitis* truncati. (ibid.)

67. *Brachialis internus;* vide sinistrum latus, ubi apertior.

73. *Ulnaris internus.* (cf. Tab. XV. dextrors.)

74. *Ulnaris externus.* (ibid.)

75. *Radialis interni* aliqua particula. cf. latus sinistr. ubi eminens hic musculus explicatur.

76. *Radialis externus longus.* (cf. Tab. XV. lat. dextr.)

78. *Supinator longus.* (ibid. latere sinistro.)

79. *Supinator brevis.*

A tuberositate supra condylum internum brachii; (Tab. XIV. fig. 56. Not. 9. et Tab. VIII. fig. 18. *P.* 9.) ad radii dorsum.

81. *Extensor proprius pollicis.*

Ab ulnae margine, radium versus;

ad os metacarpi pollicis. (Tab. VIII. fig. 18. lat. dextr. *T.* 42.)

83. 83. *Extensores quinque breves digitorum manus;* notis ad digitum minimum et pollicem solos indicatis. cf. Tab. XV. lat. dextr.

85. *Abductor digiti minimi.* Vide latus sinistrum; ubi apertior.

88. *Flexores breves digitorum quatuor.* cf. Tab. XV. dextr. lat.

89. *Interossei digitorum manus externi quatuor.*

Ex interstitiis et finitimis hisce marginibus ossium metacarpi;

ad primarum phalangum pollicis, digiti secundi, tertii et quarti latus externum.

90. Vestigium musculi *interossei digitorum interni,* metacarpum pollicis prope emergens. Evidentiores eosdem musculos habebit Tab. XVII. fig. 69. quam vide.

Extremitatis anterioris sinistrae musculi.

Remotis priorum stratorum musculis, pectorali majore, (*Musc. 56.*) serrato magno (*Musc. 57.*) latissimo dorsi, (*Musc. 58.*) deltoide, (*Musc. 60.*) superscapulari, (*Musc. 62.*) subscapulari, (*Musc. 64.*) tricipite brachii; (*M. 65.*) *truncatis* bicipite brachii, (*M. 66.*) palmari, (*M. 68.*) *et* flexore sublimi; (*M. 69.*) *demtis demum* pronatore terete, (*M. 71.*) supinatore longo, (*M. 78.*) extensore proprio digiti minimi, (*M. 82.*) pollicis abductore (*M. 84.*) *et* lumbricalibus manus externis, (*M. 87.*) *residui comparent profundiores.*

59. *Subclavii vestigium.* (cf. Tab. XVII. fig. 67.)

61. 61. 61. *Claviculo-brachialis.*

A claviculae ramo dorsali (Tab. VIII. fig. 18. *N. d.*) antrorsum, extrorsum, retrorsum.

ad brachii tuber externum. (ibid. *P.* 3.)

Si recedis a *deltoidis* parte, vix analogi aliquid in humano corpore agnoscere videtur hic musculus; sed tuberculo brachii diverso inseritur, *subscapulari* (Musc. 64.) socius; quod *teretis majoris* significatum innueret, dummodo in scapula sedem haberet.

63. *Teres minor.* (cf. latus dextr.)

66ᵃ. 66ᵇ. Residui tendines *bicipitis brachii* truncati. (cf. Tab. XV. sinistr.)

67. *Brachialis internus.* (cf. Tab. XV.)

A tubere interno et facie cavata brachii;

Ad radii et ulnae superius extremum.

68. *Palmaris,* ubi flexoris profundi aponeurosi confluit, resectus. (cf. Tab. XV. sinistr. lat.)

69. *Flexoris sublimis* ultimus tendo, a sectione musculi residuus, paullo extrorsum dimotus, ubi *ulnari externo* (Musc. 73.) junctus carpum et metacarpum digiti minimi aggreditur. cf. Tab. XV.

70. 70. *Flexor profundus.*

Ab ulnae facie cavata et carpi strato secundo; (Tab. VIII. fig. 18. artus anterioris sinistri. *R.* 28. 33. 34.) expansus ad volam manus in aponeurosin, unde quini tendines ad tubera basium ultimarum manus phalangum.

73. *Ulnaris internus.* (cf. Tab. XV.)

75. *Radialis internus.*

A tuberositate supra condylum externum brachii. (Tab. VI. fig. 12. *P.* 10.)

ad radii corpus, extremo tenus inferiore.

76. *Radialis externus longus.* (cf. Tab. XV.)

85. *Abductor digiti minimi.*

A carpi externo latere;

ad externum latus baseos primae phalangis digiti minimi.

88. *Flexoris digitorum brevis* quatuor fasciculi, quorum medii bicipites; siglo soli primo fasciculo inscripto.

Ab ossiculis volae manus; (Tab. VIII. fig. 21. Not. 40. 41.)

ad latera penultimarum phalangum quatuor digitorum manus; producto passim filiformi extremo ad ultimas phalanges.

Artus posterior dexter.

Abdominis et pelvis musculis absentibus, atque remotis insuper, e primis artus hujus stratis, Semimembranoso, (*Musc. 105.*) Sartorio, (*Musc. 106.*) Gracili, (*M. 107.*) Extensore digitorum pedis communi, (*Musc. 108.*) Tibiali antico, (*M. 109.*) Abductore hallucis, (*Musc. 113.*) Gastrocnemii *capite altero,* (*M. 114ᵇ.*) *et* Lumbricalibus externis, (*Musc. 121.*) *adparent:*

91. *Iliacus internus;* cujus descriptio ad Tab. XV. latus sinistr. praecepta.

94. *Glutaeus alter.* (cf. Tab. XV. dextrors.) Minus eminens hic, ob *semitendinosi* (Musc. 104.) partes circumpositas et, remoto *semimembranoso* (Musc. 105.) qui eas comprimebat, paullo redundantes.
Evidentiorem eundem habet latus sinistrum.

97. 97. 97. *Triceps adductor femoris.* (cf. Tab. XV.)

98. *Pectineus.*
Ab ischii tubere, (Tab. VIII. fig. 18. *V. oe.*)
ad femoris superiora, retrorsum.

100. *Vastus externus,* aliqua parte adparens.
A femoris latere externo, inde a radice trochanteris majoris.
ad communem extensorum cruris tendinem, ejusque ope ad tuber anterius tibiae. (Tab. VI. fig. 12. et Tab. VIII. fig. 18. *X.* 23.)

101. *Vastus internus.* cf. Tab. XV.

102. *Crureus,* parum notabilis, ubi vasto confluit; manifestum eundem vide ad artum sinistrum.

103. *Biceps cruris.*
A summi ossis ilei latere externo;
ad fibulae superiora, antrorsum. (cf. Tab. XVIII.)

104.$^{a.}$ 104.$^{b.}$ 104.$^{c.}$ 104.′ *Semitendinosus.*
104$^{a.}$ Caput primum ab ossis ilium angulo posteriore et a sacro propinquo. (cf. Tab. VIII. fig. 18. *V. a. G.*
104$^{b.}$ Caput secundum a tubere ischii. (ibid. *oe.*)
104$^{c.}$ Caput tertium, a symphyseos ischiadicae margine posteriore. (ibid. *tz.*)
104.′ Ubi tria haec capita in communem tendinem conveniunt, divergente duplici extremo, altero tuberositati tibiae externae superiori, (Tab. VIII. fig. 23. *X.* 25.) altero *gastrocnemio* (M. 114$^{b.}$) inserto.

106. *Sartorii* pars infima, extensoribus cruris accedens; superiore truncata.

110. *Peroneus.*
A facie anteriore fibulae.
ad ossiculum tarsi secundi strati externum et metatarsum digiti quarti et minimi. (Tab. VI. fig. 12. sigl. 49. 57. 58.)

111. 111.′ *Extensores quatuor breves digitorum pedis;* explicati ad Tab. XV.

112. *Extensor proprius hallucis.*
Ab extremo inferiore fibulae;
extremo furcato ad utrumque latus primae phalangis hallucis.

114$^{b.}$ *Gastrocnemii* caput alterum truncatum. (cf. Tab. XV. ubi integrum.)

115. *Plantaris.* cf. Tab. XV.

117. *Flexor longus digitorum pedis,* cf. latus sinistr. ubi apertior.

118. *Flexores breves digitorum pedis.*
E quatuor fasciculis tres conspicui, tertio solo notato. (cf. Tab. XV.)

119. *Tibialis posticus,* evidentior pede sinistro, quem vide.

120. *Interossei cruris vestigium.* (cf. latus sinistr.)

122. *Interossei digitorum pedis dorsales quatuor.*
A margine interno ossium metatarsi digiti secundi, tertii, quarti et minimi;
ad marginem externum ossium metatarsi finitimorum.

123. *Interossei digitorum pedis plantaris,* ad hallucem excurrentis, vestigium paullo emergens.

Membrum posterius sinistrum.

Demti sunt musculi: Iliacus internus, (*Musc. 91.*) Triceps adductor femoris, (*M. 97.*) Pectineus, (*Musc. 98.*) *truncati:* Vastus internus, (*M. 101.*) Semitendinosus, (*M. 104.*) Sartorius, (*M. 106.*) Plantaris, (*M. 115.*) *remoti insuper* Semimembranosus, (*M. 105.*) Gracilis, (*Musc. 107.*) Tibialis anticus, (*Musc. 109.*) Abductor hallucis, (*Musc. 113.*) Gastrocnemii *caput alterum,* (*114$^{b.}$*) Lumbricales externi pedis. (*Musc. 121.*)

94. *Glutaeus alter;* descriptus ad Tab. XV.
Omni suo decursu, inde a sacro et coccyge, usque trochanteres, apparens.

95. *Obturator.*
Ab interna facie membranae obturatoriae ac symphysi pubis ischiadica;
glutaeis socius utrique trochanteri et exciso inter eos loco affigitur.

96. *Quadratus femoris.*
Ab exciso loco, tuber ischii inter et acetabuli marginem. (Tab. VIII. fig. 18. *V. oe—z.*)
ad ligamentum capsulare femoris fossamque trochantericam. (Tab. XIV. fig. 59. *IV.* 11.)

100. *Vastus externus.* cf. artum dextrum.

101. *Vasti interni* truncati pars residua, communi cruris tendini extensori conjuncta. (cf. Musc. 99. 100. 102.)

102. *Crureus.*
A facie convexa femoris; (Tab. XIV. fig. 58. *IV.* 5.)
ad tibiae tuber anterius; (Tab. VI. fig. 12. et Tab. VIII. fig. 18. *X.* 23.) ope communis inter *vastos, sartorium* atque *rectum femoris* tendinis cruris extensoris. Vide musculos 99. 100. 101. 106.

103. *Biceps cruris.* (cf. latus dextr.)

104.′ *Semitendinosi* tendo extremus, capitibus *gastrocnemii* (Musc. 114.) confusus. Vide latus dextr.

106. *Sartorii* truncati pars tendini cruris extensori confluens. cf. Tab. XV.

108. *Extensoris communis digitorum pedis* pars, primae phalangi hallucis introrsum inserta. cf. Tab. XV. lat. dextr.

111. 111.′ *Extensoris brevis digitorum* partes ad hallucis et digiti quarti dorsum adparentes. Manifestum vide eundem supra, ad latus dextr. et Tab. XV.

112. *Extensoris proprii hallucis* pars introrsum ad primam phalangem deflectens. Omnem musculum declaratum vide latere dextro.

114$^{a.}$ 114$^{b.}$ *Gastrocnemius.* (cf. Tab. XV.)
114$^{b.}$ Caput alterum truncatum, appenso residuo tendine *semitendinosi.* (104.′)

115. *Plantaris,* haud procul a loco, quo *soleo* (Musc. 116.) et *flexori longo digitorum* (Musc. 117.) jungitur, recisus.

116. *Soleus.*
A margine externo fibulae;
ad tendinem flexoris longi digitorum pedis. (Musc. 117.)

117. 117. *Flexor longus digitorum pedis.*
A facie posteriore fibulae, paullo extrorsum;
excipit *soleum* (Musc. 116.) et *plantaris* (Musc. 115.) aponeurosin desinentem;
inseritur ossiculo tarsi secundi strati externo (Tab. VIII. fig. 18. *Z.* 50.) digitique minimi rudimento; ceterum, in quatuor tendines fissus, tubera baseos ultimarum phalangum digitorum petit.

118. 118. *Flexores digitorum breves* quatuor, quorum primus et ultimus siglis notati. (cf. Tab. XV.)

119. *Tibialis posticus.*
A facie posteriore fibulae; paullo introrsum, calcaneum versus, descendens in aponeurosin panditur, *ossiculum plantae pedis* (Tab. VIII. fig. 23. not. 53.) includentem atque diviso tendineo extremo ad tarsi secundum stratum et metatarsum hallucis finitimique digiti desinentem.

120. *Interosseus cruris.*
A margine interno fibulae;
ad externum tibiae marginem.

123. *Interossei digitorum pedis plantares.*
E plantae tarsi regione;
ad basin primarum phalangum hallucis triumque juxta digitorum pedis.
Quatuor fasciculi, quorum non nisi primus cum ultimo innotescunt; apertiores cunctos vide Tab. XVII.

EXPLICATIO TABULAE DECIMAE SEPTIMAE.

Musculi *ultimi strati et qui superioribus tabulis latuere, vel parum eminentes erant exponuntur seorsim. Supplementi caussa, et passim diverso positae, veniunt alii, quorum explicationi apud reliquorum syntaxin vix idoneus locus.*

FIGURA 67.

Musculi proxime ad spinam colli et dorsi pertinentes; diaphragma, alii.

Situ sceleti, ut apud priores musculorum figuras, supino; artubus tamen cum pelvi remotis; in sede relictis sola dextra scapula (O.) cum clavicula, cujus ramus pectoralis truncatus. (N.)

2. *Pterygoideus.*(cf. Tab. XVI. ubi describitur.)

4. *Dilatator tubae.*

A processu mastoideo; (Tab. X. fig. 25^B. 10.)

ad tubam, leviter expanso extremo.

25. *Complexus.*

A latere vertebrarum colli trium priorum;

ad fossam occipitis, basin occipitis inter et processum mastoideum.

27. Truncati musculi *retrahentis capitis et colli* extremus tendo, ubi foveam basilarem petit. (cf. Tab. XVI.)

28. 28. 28. 28. 28. *Longus colli;* e serie novem utrinque fasciculorum a costis primis ad caput usque imbricatim contextorum et oriundorum

a costa prima et secunda, (Tab. II. fig. 3^b. n.) a corpore vertebrae dorsi primae (ibid. m.) et a cristis inferioribus mediis vertebrarum colli octavae, secundam usque; (Tab. VIII. fig. 18. *E. l. l.*)

ad processum transversum vertebrae colli octavae; ad ossicula sesamoidea retro colli vertebras appensa; ad musculos *intertransversarios*; (Musc. 36.) ad foveam demum basilarem occipitis.

29. 29.' *Rectus capitis anterior longus.*

Duplici radice tendinea, quarum altera (29.') *Trachelomastoideo* (Musc. 26.) oriundo confluit, a crista inferiore media vertebrae colli tertiae.

ad basin occipitis prope arcus occipitis radicem.

30. *Rectus capitis anterior minor.*

ab atlantis corpore;

ad foveam basilarem occipitis. (Tab. X. fig. 25^B. ω. ω.)

Ex utroque latere depictus, nudus alter, alter extremo *longi colli* (Musc. 28.) parumper tectus.

31. *Rectus capitis posterior major.*

A crista epistrophei atque atlantis; quae origo apertior Tab. XX.

ad occiput et processus mastoidei radicem, introrsum.

32. *Rectus capitis posterior minor.*

Ab atlantis processu transverso et laterali; (Tab. VI. fig. 16. 1. *k. k.'*)

ad basin arcus occipitis, retrorsum.

33. *Transversalis cervicis* truncati ultimus tendo, ad processum lateralem atlantis pergens; paullo in latus reclinatus. Ipsum musculum decurrentem exponet Tab. XVIII.

36. *Intertransversarii colli.* Fasciculi utrinque seni vel septeni; tendinosas fasciculorum musculi *longi colli* insertiones excipientes singuli.

A processubus transversis vertebrae colli octavae secunda tenus;

ad ossicula sesamoidea, ad corpora et processus transversos vertebrarum colli quinque priorum et ad os odontoideum.

37. *Transversarii colli obliqui;* quaterni, *intertransversariis* concreti fasciculi, quorum decursus apertior Tab. XX.

A processu vertebrarum colli sextae, quintae, quartae, tertiae;

Ad processus transversos et latera vertebrae colli quartae, tertiae, secundae et primae.

59. *Longissimus dorsi*, juxta corpora vertebrarum dorsi assurgens.

A costa septima, sexta, quinta, quarta, tertia et a testa dorsali, prope corpora vertebrarum dorsi; ad dorsum vertebrae colli ultimae et processum obliquum posteriorem penultimae.

42. 42. 42.′ *Diaphragmaticus*, ex utroque latere unus.

A corpore vertebrae dorsi quartae et tertiae (cf. Tab. II. fig. $5^{b.}$ b. b.) et a costa tertia (ibid. a. a.) oriundus, triplici fasciculo complanato, divergentibus eundo; quorum bini (42. 42.) ad marginem internum pulmonis, sui lateris, descendunt eique agglutinantur; tertius vero (42.′) supra pulmonis anterius extremum revolutus ad peritoneum (a pulmonum facie inferiore versus cardiam et hepar deflectens) desinit.

Quem omnem decursus diaphragmatis rationem manifestam reddent Tab. XVIII. XIX. XX.

59. *Subclavius.*

A testa dorsali, e regione media costae secundae; (vide insertionis aream, Tab. II. fig. $5^{b.}$ q.) ad claviculae rami verticalis extremum superius ossiculumque triquetrum huic impositum, extrorsum. (cf. Tab. VI. fig. 12. *N. d. c. b.*)

FIGURA 68.

Musculorum stratum profundius in prona parte cubiti et manus artus sinistri.

P. Brachii extremum inferius. *Q.* Radius. *R.* Ulna.

71. *Pronatoris teretis* truncati pars extrema, ubi, ad carpi regionem, *pronatoris quadrati* (Musc. 72.) aliquam insertionem excipit.

72. *Pronator quadratus.*

Ab extremo inferiore ulnae ossiumque carpi primis stratis; ad pronatoris teretis extremum tendinem et ad os carpi pollicis in ultimo strato.

75. *Radialis internus*, cf. Tab. XVI. sinistrorsum.

88. *Flexores digitorum breves.*

Quatuor fasciculi, quorum bini medii bicipites. (cf. Tab. XV. dextrors.)

90. *Interossei digitorum manus interni*, apertiores mox fig. 69.

FIGURA 69.

Ultimum musculorum ad volam manus stratum; ex individuo cui plurimum evoluti erant.

Q. Radius. *R.* Ulna.

86. *Adductor digiti tertii, quarti et quinti;* (aliis non nisi quarti et quinti.)

A carpi ultimo strato;
ad basin metacarpi digiti quinti et quarti; passim et tertii.

90. *Interossei digitorum manus interni.* Quatuor vel quinque fasciculi.

A vola ossium carpi ultimi strati et metacarporum basi.
ad basin primae phalangis pollicis et digitorum trium finitimorum; fasciculo accessorio deflectente ad ultimum digitum.

FIGURA 70.

Musculi flexores digitorum pedis sinistri.

X. Tibia. *Y.* Fibula. *Z.* Astragalus.

117. Truncati musculi *flexoris longi digitorum* tendines extremi. (cf. Tab. XVI. sinistrorsum.)

118. *Flexor brevis digitorum pedis* seu lumbricales profundi.

Ab astragali et ossiculi tarsi externi facie inferiore, (Tab. VIII. fig. 18. *Z.* 40. 50.) atque a tendine flexoris longi digitorum. (Musc. 117.)
in quatuor fasciculos divisus ad basin secundae phalangis digiti secundi, tertii, quarti et rudimenti quinti; longius passim excurrentibus extremis tendinibus ad ultimam digitorum phalangem.

ψ.′ Ligament. annulare tendinum flexorum imi pedis. ψ.″ Lig. vaginans eorundem tendinum, subtilius.

FIGURA 71.

Musculorum pedis sinistri ultimum stratum e prono plantae latere.

X. Tibia. *Y.* Fibula. *Z.* Astragalus.

119. *Tibialis posticus,* ossiculum plantae pedis inclusum gerens. (cf. Tab. XVI. sinistrorsum.)

120. *Interosseus cruris.* (ibid.)

122. *Interossei digitorum pedis dorsales;* paullo eminentes ad reliquorum latera; apértiores Tab. XV. et XVI. a dorso pedis.

123. *Interossei digitorum pedis plantares.* Quatuor fasciculi, quorum primus, halluci pertinens, duplicatus.

A ligamento plantae transverso, (ω.′) ab ossiculo tarsi externo et a metacarporum digiti secundi, tertii, quarti, quinti basi;

ad tuber baseos primarum phalangum hallucis et digitorum trium finitimorum.

φ.′ Ligamentum fibulae posterius ad astragalum. ω.′ Ligament. plantae tarsi transversum.

FIGURA 72.

Musculus protrahens penis, cum finitimis; a latere.

a. Glans penis. *b.* Bulbus penis. *c.* Vena e bulbo emergens.

F. 15. Vertebra dorsi quinta.

Reliqua, collata Tab. VI. fig. 12. ad cujus situm respondet haec figura, patent, nec siglis indigent.

50. *Flexor caudae lumbalis;* a vertebra dorsi sexta cf. Tab. XVI.

51. *Flexor caudae obturatorius.* (ibid.)

52. *Flexor caudae ischiadicus.* (ibid.)

55. 55.′ *Protrahens penis.*

A corporibus septimae et octavae vertebrae dorsi, circa flexores caudae, *obturatorium* et *ischiadicum* (Musc. 51. 52.) reflexus;

ad penem, retro glandem deorsum inseritur. (55.′)

FIGURAE 73. 74. 75.

Musculos bulbi oculi a latere exponunt; diametro partium bis aucto.

Figura 73. Primum stratum musculorum bulbi oculi.

5. *Rectus oculi superior.*

A cartilagine interorbitali retro foramen opticum oriundus;

ad bulbum oculi, supremo loco.

6. *Recti oculi inferioris* ad imum bulbum inserti extremum vestigium; vide apertiorem eundem fig. 74. et 75.

8. *Rectus oculi externus.*

A cartilagine orbitali, infra foramen opticum; ad bulbum oculi extrorsum.

9. Vestigium *obliqui oculi* superioris. cf. fig. 75.

10. Ubi *obliquus oculi inferior* paullo comparet. cf. fig. 75.

11. 11$^{a.}$ *Suspensor oculi.*

E loculamento supra sinum cavernosum ad latus sellae turcicae assurgente, (cf. Tab. XII. fig. 32$^{c.}$ σ.′) in duplicem fasciculum divergens;

ad globum oculi, retrorsum, juxta nervi optici bulbum penetrantis locum; alter introrsum, extrorsum alter, qui hic comparet.

11$^{a.}$ Fasciculi *suspensoris* interni vestigium. cf. fig. 74.

Figura 74. Remotis *recto oculi externo* (Musc. 8.) et externo *suspensoris* fasciculo (M. 11.) adparent:

5. *Rectus oculi superior;* vide fig. 73.

6. *Rectus oculi inferior.*

A cartilagine interorbitali infra et ante foramen opticum;

ad bulbum oculi, deorsum, desinens.

9. *Obliqui superioris* partes adparentes. cf. fig. 75.

10. *Obliqui inferioris vestigium.* (ibid.)

11. *Suspensoris oculi* fasciculus externus truncatus. cf. fig. 73.

11ᵃ. *Suspensoris oculi* fasciculus *internus;* ad internum latus nervi optici bulbo insertus.

II. Nervus opticus, oculi globum petens.

Figura 75. Demtis oculi bulbo et recto externo (*Musc. 8.*) *cum* suspensore (*Musc. 11. 11ᵃ.*) *reliqui musculi, in situ relicti, nudi comparent.*

5. *Rectus oculi superior.* cf. fig. 73.

6. *Rectus oculi inferior.* cf. fig. 74.

7. *Rectus internus oculi.*

A cartilagine interorbitali, supra et ante foramen opticum;

ad oculi bulbum, introrsum.

9. *Obliquus oculi superior.*

A cartilaginis interorbitalis angulo anteriore, superiore; qua parte os frontis ad ethmoideum accedit;

Supra bulbum oculi assurgens subducitur *recto oculi superiori,* ut paullo extrorsum inseratur globo.

10. *Obliquus oculi inferior.*

Ab angulo cartilaginis interorbitalis inferiore et osse ethmoideo finitimo;

Musculum *rectum inferiorem* inter et bulbum oculi extrorsum tendens huic defigitur.

η.' Foramen opticum. cf. Tab. XII. fig. 52ᶜ. η.'

FIGURAE 76. 77. 78. 79.

Ad musculos glottidis demonstrandos faciunt.

Figura 76. Larynx et trachea, a latere.

α. Cartilago cricoidea; in hyoidis carina sedem habens. *β.* Tracheae summa pars. *γ.* Lamina cartilaginea anterior; cartilaginis cricoideae medium hiatum explens. In syntaxi partium respondet fenestrae ossis hyoidis. (Tab. XIII. fig. 42ᵇ.) *δ.* Lamellula cartilaginea posterior; exciso margini cartilaginis cricoideae imposita. *ε.* Cartilago arytaenoidea lateris sinistri.

Figura 77. Musculus glottidis alter in situ; laryngis positu ad figuram praecedentem respondente; solo musculo siglo indicato; utpote reliquis (e juxta posita figura 76.) apertissimis.

19. *Dilatator glottidis,* seu *crico-arytaenoideus,* alter, sinister nimirum.

A cartilaginis cricoideae latere;

ad nodulum summum cartilaginis arytaenoideae.

Figura 78. Larynx et summa trachea, superne visa.

α. Cartilago cricoidea. *β.* Tracheae pars suprema. *δ.* Lamellula cartilaginea posterior cartilaginis cricoideae. *ε. ε.* Cartilagines binae arytaenoidae.

Figura 79. Larynx in situ, ossis hyoidis carina exceptus; musculis exstructus.

c. d. f. g. Hyoidis partes, ad Tab. XIII. fig. 42. explicatae.

19. *Dilatator glottidis* uterque.

A latere cartilaginis cricoideae ad sui lateris cartilaginem extremam assurgens.

20. *Constrictor glottidis.*

Sphincteris instar circa rimam glottidis et cartilaginum arytaenoidearum bases circumductus.

A fenestrae hyoidis membrana oriundus;

ad lamellulam cartilagineam posteriorem cartilaginis cricoideae (*δ.* fig. 78.) desinens.

Qui demum simplicissimus musculorum apparatus, qua ratione glottidis motum gubernet, absque verbosa et ab hoc loco aliena descriptione, facile intelligitur.

TABULA I

Fig. 1




Fig. 2





Fig. 3



L. Bojanus del:

F. Z.

Fig. 3a




Fig. 3b



Fig. 4





Fig. 5



TABULA III

Fig. 6




Fig. 6a



Fig. 6b




Fig. 6c




Fig. 6d




Fig. 6e




Fig. 7





Fig. 8







Fig. 9
Fig. 10
Fig. 11


TABULA V







TABULA VIII



TABULA IX

Fig. 24




Fig. 28





Fig. 32



Fig. 25



Fig. 29



32. a



Fig. 26



Fig. 30



Fig. 33



Fig. 27



Fig. 31



Fig. 24 A




Fig. 24 B




Fig. 25 A




Fig. 25 B




Fig. 26







Fig. 27 A




TABULA XI



TABULA XII



TABULA XIII


Fig. 34
Fig. 35
Fig. 36
Fig. 37
Fig. 38
Fig. 39
Fig. 40
Fig. 41
Fig. 43
Fig. 44
Fig. 45
Fig. 42
Fig. 48
Fig. 47 a
Fig. 46
Fig. 47 b
Fig. 49
Fig. 50 a
Fig. 50 b

TABULA XIV




Fig. 56
Fig. 51
Fig. 52
Fig. 58
Fig. 57
Fig. 59
Fig. 57a
Fig. 62
Fig. 59a
Fig. 61
Fig. 54
Fig. 55
Fig. 63
Fig. 60
Fig. 53
Fig. 64

TABULA XV




ad Tab XV

Fig. 65




Bojanus f.



ad Tab. XVI.

Fig. 66



TABULA XVII




Fig. 73
Fig. 67
Fig. 76
Fig. 77
Fig. 78
Fig. 74
Fig. 79
Fig. 75
Fig. 68
Fig. 69
XLIII
LIII
XX
XXVI
Fig. 70
Fig. 72
Fig. 71